

INNOCENTII FESSLER

SS. THEOL. DOCTORIS, LL. OO. ET HERMENEVTICAE VET. TEST.
IN REGIO-CAESAREA VNIVERSITATE LEOPOLITANA
PROF. PVBL. ORD.

INSTITVTIONES LINGVARVM ORIENTALIVM,

HEBRAEAE, CHALDAICAE, SYRIACAE ET ARABICAE.

CHRESTOMATHIAM ARABICAM

ADDIDIT

IO. GODOFR. EICHHORN,

DVCIS WIMARIENSIS CONSILIARIVS AVLICVS
PROFESSOR IENENSIS.


PARS PRIOR

introductionem in studium LL.OO. et institutiones linguae hebraeae complectens.

WRATISLAVIAE,

SVMTIBVS GVILIELMI THEOPHILI KORN,

MDCCLXXXVII.



Ne quis tam parua fastidiat elementa: non quia magnae sit operae consonantes a vocalibus discernere, ipsasque eas in semiuocalium numerum mutarumque partiri; sed quia interiora velut sacri huius adeuntibus apparebit multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit.

QVINT. de Instit. Orat. Lib. I. c. 4.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO

I O S E P H O

C O M I T I

R Z E V V S K I

O R D. S. S T A N I S L A I E Q V I T I

VIRO

MVSIS AMICO

ARTIVM LITTERARVM ANTIQVITATVM

AESTIMATORI AEQVO

CVLTORI INSIGNI

CENSORI PERITO

VIRO OPTIMO

MAECENATI SVO

LL. OO.

INSTITVTIONES

D. D. D.

INNOCENTIVS FESSLER.

PRAEFA-



PRAEFATIO.

Studioſa iuuentus noſtra ad limina Theologiae Linguarum Orientalium elementis erudienda, abſoluto Philoſophiae curſu, plerumque meditandi quandam, atque ratiocinandi dexteritatem obtinuit, et in hiſtoricis diſciplinis, elegantiis item graecarum latinarumque muſarum non plane rudis eſt, et imperita. Quantum vero faceſſat negotium, ab hiſce ſtudiis denuo in grammaticorum dumeta, compelli, et vt cum *Hieronymo* loquar: *poſt Quintiliani acumina Ciceronis fluuios, grauitatemque Frontonis, et lenitatem Plinii alphabetum diſcere, et ſtridentia anhelantiaque verba meditari* *); norunt omnes, qui adulti condiſcendis linguis operam ſtudiumque navarunt. Ad elongandum igitur faſtidium, quod non ſine maximo vlterioris profectus diſpendio ſub prima ſtatim initia diſcentes ſaepe numero premit: *Introductionem hiſtoricam* grammaticis praeceptis praemittendam; quin alibi etiam pro na-

ta

*) Epiſt. ad Ruſticum Mon.

ta occaſione, varia ex erudita antiquitate admiſcenda duxi: quae ad cognoſcendum orientis genium, quo vel mediocriter perſpecto, linguae orientales difficultatis amittunt quam plurimum ſuo emolumento non plane carere, aequis videbuntur cenſoribus. Seueriores qui ea fortaſſe non e propoſito, aut plane ſuperflua putauerint; illud *Macrobii* *) de ſe dictum exiſtiment: *Quaſi nihil vltra verborum explanationem liceret noſſe grammatico; ita ſibi belli iſti homines certos ſcientiae fines, et velut quaedam pomoeria et effata poſuerunt, vltra quae ſi quis egredi audeat, proſpexiſſe in aedem Deae, a qua mares abſterrentur exiſtimandus ſit.*

In pertexendis *regulis grammaticis* celeberrimos duumuiros *I. D. Michaelis* et *A. F. Pfeiffer* pro ducibus habui. Praeceptorum rationes reddere non neglexi, vbi genius linguae et orientis lumen obtulit; alias aquam mihi haeſiſſe lubens confiteor. Frequentes illas a regulis exceptiones, quas nonnulli non vt linguam ſciant, ſed vt fiant faciantque grammaticos, inuexerunt, praetermittendas cenſui. Sciat illas oportet, qui multa vult ſcire.

Coniu-

*) Saturn. Lib. I. cap. 24.

Coniugationis orientalis formas per omnes dialectos ad tres reducere haud fuiſſet difficile, ni ſimplicitas religioſius quaeſita Lexicorum vſum Tyronibus operoſum magis effeciſſet. *Formas nominum* hebraicorum, earumque *ſignificationem formalem* a pluribus grammaticis neglectam merito conqueritur cl. *Simonis*, vſus earum tum in penetrandis ſpecialibus vocum biblicarum notionibus, tum in illuſtrandis nominum ſyriacorum et arabicorum formis, argumento mihi erat, vt inſigne viri doctiſſimi opus *Arcanum formarum*, quod vix vnquam Tyronibus noſtris ad manus eſt, in breuem quamdam Synopſin redactum hic exhiberem.

Pro practico Inſtitutionum ſyriacarum exercitio, e *Ioſuae ſtylitae chronico belli Perſici* ab a. c. CCCCXC-DVII excerpta quaedam illuſtrandis Graecis illius temporis ſcriptoribus, *Procopio*, *Euagrio*, *Agathiae*, et *Theophani* idonea ſubiicere decreueram: aſt impediuit propoſitum defectus *Bibliothecae Orientalis Aſſemanni*, quo hic loci laboramus. Hiſtoriam igitur *rerum in Homeritide ſeculo ſexto geſtarum* ex Ill. *Michaelis* Chreſtomathia ſyriaca ſubſtitui, quum alioquin *Cel. Walchii* commentatio, quam in eam hiſtoriam conſcripſit, in iu-

ventutis

ventutis nostrae studiosae manibus versetur.

In tanto subsidiorum arabicae litteraturae defectu, nihil amplius in votis habui, quam noua quaedam et inedita specimina, historicis vel geographicis studiis augendis idonea harum literarum amatoribus offerre: verum in summa nostra MSS. arabicorum inopia, praeter vota mihi nihil reliquum mansit: nota tamen feci *Viro celeberrimo Io. Gottfr. Eichhorn Ducis Wimariensis consiliario aulico, Professori Ienensi*, qui pro speciali sua humanitate et amicitia, iusta ea deprehendens chrestomathiae curam et laborem in se suscepit, quae proinde cum secunda harum institutionum parte proximis nundinis S. Michaelis lucem conspiciet.

Scripsi Leopoli V. Cal. Octob.
MDCCLXXXVI.



INTRO-



INTRODVCTIO
IN
STVDIVM LINGVARVM
ORIENTALIVM.

§. I.

Sermonis humani nomine intelligitur, partim *facultas ſenſa ſua et cogitata per voces manifeſtandi;* partim *complexus vocum*, per quas animi ſenſa, et cogitata manifeſtantur. Cum vero vel *facultas* haec, vel complexus varius ſit, et multiplex; varios quoque ac multiplices ſermones ſeu linguas dari eſt neceſſe.

Ii qui ex origine ad exprimenda et ſecum inuicem communicanda animi ſui ſenſa et cogitata eodem vtuntur ſermonis genere, vna gens aut natio dicuntur. Lingua ergo eſt ille complexus vocum, per quas gens aliqua perceptiones ſuas ſecum inuicem communicat.

§. II.

Sermonem aut linguam quamcumque conſtituunt voces articulatae, quae cum idearum et cogitationum ſint ſigna; voces et modus cogitandi, atque idearum ambitus cuiusque nationis mutuo inter ſe nexu continentur; vt adeo *cultura linguae numquam non a cultura nationis pendeat.*

§. III.

Quaeuis ergo lingua diuerſis mutationibus, quae ad mutatam in aliqua gente percipiendi rationem atque morum culturam ſequuntur, eſt obnoxia: ex quo clarum fit, linguam vnius eiusdemque nationis diuerſam diuerſis temporibus induere faciem. Quae diuerſitas ſi circa externas ſolum linguae affectiones, vt puta circa literas, ſonos, ac pronunciandi modum, ſignificationes item vocum ſecundarias, retentis notionibus radicalibus ac primitiuis, phraſes quoque et ſpeciales loquendi formulas verſetur; diuerſam *dialectum:* ſecus diuerſam *linguam* producit.

Variationes, quae externas duntaxat linguae affectiones reſpiciunt, diuerſis cauſis originem ſuam debent et quidem variationes, quae literas, ſonos et

pronunciandi modum concernunt, recte repetuntur: I. a coeli ingenio; sub mitiori enim coelo ipsa lingua delicata quadam ac suaui εὐφωνίᾳ mollescit; sub inclementiori, in hispidam quamdam et asperam duritiem deflectit, cum organa sermonis aestu laxentur, frigore vero restringuntur, ex quo necessario diuersa pronunciandi ratio oritur. II. a linguae volubilitate, qua vltra omnem intentionem literae consonantes, quae ad vnum idemque organum referuntur, commutantur. III. ab hominum intentione et studio, quo ipsa haec mutatio captatur, et vel venustatis vel commoditatis gratia adoptatur. IV. ab accentu, qui sicut anima pronunciationis dici potest, ita si vel modicum in eo figendo variauerit consuetudo publica cuiusdam gentis, diuersae mox apparent linguae, quae iisdem exortae radicibus, nonnisi vnius linguae diuersae sunt dialecti.

Significationes vocum variae in dialectum inferuntur: I. si vocabulum aliquod in vna dialecto frequentatum, in altera plane non occurrat, siue prior aliquid in vsu vocabuli nouauerit, siue posterioris incuria emortuum sit. II. per diuersum notiones secundarias a primaria et radicali deriuandi modum, ex quo et illud non raro consequitur, vt aliquae dialecti ita secundarias et deriuatas vsu adoptent, vt primitiuae penitus in obliuionem abeant, quae in alia dialecto magno studio conseruatae, recenti semper memoria vigent. III. per diuersum notionum deriuatarum vsum: sic a radice

לחם *absumsit*, vel *ore*, comedit, vel *bello*, pugnauit, Hebraei מִלְחָמָה, Arabes مُلَاحَمَةٌ deriuant, vtrisque bellum significat, in ipsa vero deriuatione diuersam sequuntur rationem: Hebraei notionem *pugnandi*, immediate a primaria *absumsit*, Arabes ab hac secundariam apud Hebraeos numquam occurrentem in *ferendo* et *conferendo* positam, et ab hac notionem *conferendi manus*, *pugnandi*, hinc tandem praelium conflictum deriuant, ipsum vero vocabulum מִלְחָמָה Hebrai semper, Arabes Africani saepius, Asiatici vix vmquam adhibent, sed pro eo vocabulo مُقَاتَلَةٌ a radice קטל, quae Hebraice et Arabice *amputauit*, *excidit*, *occidit* significat, vtuntur.

Diuersae phrases, et loquendi formulae speciales originem trahunt ex vario vitae genere, et humiliori, vel altiori culturae gradu, quem vna colonia prae altera est assecuta. Sic dialectis *linguae graecae*, Atticae, Doricae, Ionicae, Aeolicae; sic dialectis *linguae Asiaticae primitiuae*, Hebraeae, Chaldaicae, Syriacae, et Arabicae; sic quoque *dialectis linguae Slauonicae*, Polonicae, Russicae, Bohemicae, Morauicae; propriae cuique sunt phrases, et expressiones speciales, quae in altera eiusdem linguae dialecto non vsu veniunt.

Conf. *Schultensii origines Hebr.* Lib. I. Part. II. cap. 1 *Traité de la formation Méchanique des langues* T. II. chap. 10 §. 172 suiv. §. 186 suiv. quod opusculum in idioma quoque Germanicum prodiit Lipsiae sub titulo: *Ueber Sprache und Schrift, übersezt und mit Anmerkungen begleitet von Mich. Hissman.*

§. IV.

§. IV.

Iam si in ipsam sermonis humani originem philosophiae face inquiramus, indubitatum videbitur, naturales hominis facultates in statu vitae socialis, extra quem numquam vixit, ad inueniendum efficax subsidium, quo animi sui sensa et perceptiones cum socio communicaret, breui fuisse excitatas. Subsidium hoc primo erant *gestus et signa*, tum vero etiam *soni* et *voces articulatae.*

Duplicem natura ostendit modum, quo in sensus aliorum agere, iisque, quid ipsi sentiamus, manifestare possumus: *motum* videlicet, ac *vocem.* Si naturae ordinem attendas, probabilissimum omnino fit, naturam, quae in operibus suis est simplicissima, viamque planissimam ac facillimam sectatur, homini ad exprimendas perceptiones suas in subsidium motum prius, quam vocem, obtulisse: motus enim praecipue si gestibus potius, quam tactu absoluatur, plurium, quam vox, variationum est capax. Fortius etiam gestus et signa oculos, quam soni vocales aures feriunt; vnde clariorem quoque, et viuidiorem in mente videntis impressionem causant. Accedit, quod gestus et signa minus, quam voces, a pacto et conuentione pendeant, cum gestibus signisque viua quodammodo perceptionis imago repraesentetur, non item vocibus.

Geſtibus ſignisque mox ſoni quidam ſimplices vocesque articulatae acceſſerant, excitante neceſſitate prima rerum magiſtra; adiuuante ipſa organorum ſermonis mechanica ſtructura, viam praeeuntibus animalibus, aliisque obiectis naturae, ſonum quemdam edentibus, ventis, tonitruis, torrentibus etc.

Conf. *Rouſſeau* Eſſai ſur l'origine des langues chap. 1, 2, Levesque l'homme penſant Part. I. chap. 5.

§. V.

Nullatenus vero ſonos et voces primitiuas arbitrarias fuiſſe putandum eſt. Subſidium erant, quo homo perceptiones ſuas et ideas ſocio manifeſtauerat, ſicut vero perceptiones et ideae tum ab obiectis, tum a conſtructione cerebri ad ſuam formam determinantur, ita quoque voces primitiuas perceptionum et idearum ſigna tum ab obiectis, tum a mechanica organorum ſermonis ſtructura ad certam formam et ſonum determinatas fuiſſe oportet. Ex quo conſequitur, voces primitiuas fuiſſe I. nomina, II. monoſyllaba, III. onomatopoetica, quae ipſam obiectorum naturalium proprietatem ſono aemularentur.

Qua ratione mechanica organorum ſtructura voces ad ſuam formam determinet, ſequentia oſtendent principia.

I. Voces

I. Voces articulatae componuntur e ſonis ſimplicibus ſeu radicalibus et primitiuis vocis humanae inflexionibus.

II. Forma cuiusque inflexionis ſequitur ex forma et conſtructione organi, a quo producitur.

III. Forma et conſtructio organorum determinata eſt a natura, ſicut effectus determinatur a ſua cauſa; vnde ſicut quoduis organum propriam ſuam habet ſtructuram, ex qua forma inflexionis vocalis per ipſam formam organi determinata reſultat; ita vnum quodque organum eum tantum effectum ſeu eam voces inflexionem neceſſario producit, qua naturali ſuae ſtructurae propria eſt et conſentanea.

IV. Sicut vero organa, vocis humanae inſtrumenta, exiguo continentur numero; ita quoque organorum effectus ſeu inflexiones vocales primitiuae non magno numero abſoluuntur.

Ex principiis his indubitatis ſequentia fluunt conſectaria:

I. Inflexiones primitiuae et radicales vocis humanae, ex quarum vario nexu et compoſitione voces formatae et articulatae naſcuntur, effectus ſunt phyſici, et neceſſarii, reſultantes abſolute tales, quales ſunt, ex conſtructione organi vocalis, independenter a poteſtate et electione intellectus.

II. Cum inflexiones vocis radicales paruo abſoluantur numero, quidquid circa eas intellectus poteſt, eo redit: vt eas colligat, omnibusque modis

possibilibus adformandas voces tum primitiuas, tum deriuatiuas combinet.

III. Inflexiones vocis radicales, quae ad componendam vocem seu nomen cuiusdam obiecti realis eliguntur, physice determinantur a natura et qualitate ipsius obiecti, ita quidem, vt sonus vocis obiectum pro possibili exprimat et quasi depingat: alioquin vocabulum nullam in mente audientis excitaret obiecti ideam. Hinc

IV. Mechanismus primitiuarum vocum, et nomina obiectis realibus imposita minime sunt arbitraria et conuentionalia, sed necessaria et determinata a duabus caussis 1) a *constructione organorum vocalium*, quae non nisi sonos suae structurae analogos reddunt. 2) a *natura et proprietate obiecti*, quod congruis, suaeque naturae aemulis sonis est exprimendum.

Cum ergo voces primitiuae ordinatae fuerint ad exprimendas, repraesentandas et quasi depingendas res sensibus obiectas, aeque prius vt existentes, quam agentes aut patientes concipiantur; vocabula primitiua haud dubio non verba erant, sed nomina, eaque monosyllaba, et onomatopoetica, seu talia, quae sono suo ipsam obiectorum proprietatem imitabantur. In hac analogia quae inter sonum vocis et naturam obiecti intercedit, veritas vocum consistit, sicut veritas idearum in conformitate perceptionis cum obiecto fundatur. Prima vocabula onomatopoetica designabant obiecta sonora, quorum

rum ſonum vox humana facile imitatur: vnde vocibus imitatione ſoni formatis omnes linguae hactenus cognitae abundant. Vnum alterumue exemplum adducere haud erit incongruum.

Hebraea.		Latina.	Germanica.
תּוֹר	Turtur	fragor	Saeuſeln
נְהִי	lamentum	cachinnus	Winſeln
צִלְצַל	Cymbalum	crepitus	Rauſchen
יָלַל	eiulauit	ſtridens	Schluchzen
נָבַח	latrauit	gannire	Donnern
מָצַץ	ſuxit	pipire	Brauſen
מָסַס	liquefactus eſt	mugire	Knallen
תּוֹף	tympanum	vlulare	Lachen.

Vocabula onomatopoetica ſonum imitantia excipiunt vocabula onomatopoetica obiectorum, quae quidem nullum ſonum edunt, iis tamen exprimuntur vocibus, quae ſono ſuo praecipuam obiectorum qualitatem repraeſentant. Nihil ſane internis animi motibus cum ſonis vocalibus eſt commune; naturali tamen organorum vocalium mechaniſmo factum eſt, vt vocabula iis exprimendis aſſignata ipſos hos motus natiuo ſuo ſono imitarentur. Rei huius ſicut omnes linguae hucusque notae ſpecimina praebent, ita vel maxime eae, quae ad primitiuam Aſiae linguam proxime accedunt, vti Hebraeae. Exempli loco ſint vocabula אַהֲבָה *amor*, אַהַל *ſuauitas*, אַף, חָרִי, זַעַף *ira et furor*, רֶטֶט, חֲרָדָה *tremor*, צַר צוּק *anguſtia*. Nempe mirabilis hic mechaniſmus ſicut in vultu cuique animi motui et affectui propria aſſignat lineamenta, quibus ii quaſi

quasi ad viuum depingantur; ita quoque organa sermonis disponit, vt soni duriores et asperiores gutturis, palati, et dentium numquam ad perceptiones mitiores: e contra molles labiorum et linguae, numquam ad ideas obiectorum, sensus vehementius afficientium signandas adhibeantur.

Conf. cit. Traité de la formation des langues Tom. I. Discour prelim. pag. IX. suiv. item chap. VI. §. 66, 78 suiv.

§. VI.

Cum voces idearum et perceptionum sint signa, hae vero in primitiua societate angustis limitibus contineantur: vocum quoque primitiuarum numerus non multum excreuerat, donec concurrentibus pluribus caussis augmentatae, tandem in linguam formatam abiissent. Aucto nempe sociorum numero augebantur necessitates; necessitates auctae sensum proprietatis induxerant; sensus proprietatis aemulationem; aemulatio industriam acuebat; industria attulit abundantiam; abundantia passiones excitauit, et culturam intellectus humani promouit longius: prout vero hae causae se inuicem exceperant; ita lingua nouis semper accessionibus est locupletata.

Sicuti

Sicuti neceſſitate, induſtria, abundantia, vario oblectamentorum genere, luxu, et cultura, cognitiones hominis in ſocietate creſcunt, ita vocabula quoque augeri et linguam noua vocum copia perfici eſt neceſſe. Neque enim negari facile poteſt: linguam et cognitionem aequo ſemper gradu proceſſiſſe. Creſcente plurium rerum cognitione, facultas abſtrahendi exercebatur amplius, obiiciebantur ſenſibus diuerſa obiecta, quibus ad inuicem collatis notae, queis vnum ab altero diſcerneretur, abſtrahebantur, terminoque vocali ſignificabantur, ex quo quanta in linguam incrementa promanauerint, facile perſpicitur. Ipſe etiam vſus inuentorum hactenus vocabulorum eorum numerum plurimum auxit. Vſus quippe neceſſarium fecit, plures perceptiones, quae prius vnico vocabulo connotabantur, quamque ſingillatim ſigno vocali proprio diſtinguendi et exprimendi, tum etiam obſeruata analogia, quae inter res phyſicas et obiecta a ſenſibus remota intercedit, ideas abſtractas et morales, vocabulis res phyſicas deſignantibus connotandi. Nec amplius ſuffecerat, ſi ſocii ſibi inuicem res, vt exiſtentes perceptas, vocibus manifeſtarent; exprimenda quoque erat ratio, qua quisque res vt agentes, patientes, praeſentes, praeteritas, futuras, relate ad ſe vel ad alios, perceperat. Ante omnia igitur rei effectum exprimere ſatagebat, eaque ratione orta ſunt verba ac prae primis verborum infinitiuus. Quo vero magis conuerſatio ſocialis; et aucta idearum copia perſpicuitatem in loquendo

fecerat

fecerat neceſſariam, eo diligentior ad ipſas rerum variationes reſpectu temporis, numeri, aliorumque adiunctorum edicendas dabatur opera, eaeque vel ſoni duplicatione, vel additione, vel mutata terminatione definiebantur. Hic proprie initium dabatur linguae formatae et rationali, quae hucusque rude duntaxat et informe opus naturae, poſt plura demum ſaecula additis praepoſitionibus et particulis, arte et philoſophia fuit exculta.

Conf. Verſuch einer Geſchichte der Cultur I. Abſchnitt §. 12. Jeruſalem Betrachtungen über die vornehmſten Wahrheiten der Religion 2. Theil, 2. Betracht. Traité de la format. des langues chap. XII. §. 208 ſuiv. chap. XI. §. 201 ſuiv.

§. VII.

His de origine ſermonis humani eiusque progreſſu pertractatis, reliquum eſt, vt etiam de linguarum diuerſitate, quid ſentiendum ſit, videamus. In quo argumento ita verſabimur, vt inquiſitione noſtra vltra linguas orientales non progrediamur. Certum igitur nobis eſt, primos noui orbis Aſiatici, ex aquis ad Caucaſum emergentis incolas, vnam eandemque orbis primitiui linguam in ſua familia conſervaſſe, donec aucto eorum numero ſedes ſuas ampliare cogebantur, easque ſucceſſiue prout oceanus longius receſſit, terramque ſiccam hominibus habitandam reliquit, vlterius protulerant.

tulerant. In hisce sedibus diuersis, prout diuersam viuendi rationem gentes sectabantur; prout vna magis minusque a commercio cum altera erat separata; prout diuersum clima in hominum organa influebat; prout e gentibus diuersis, diuersae iterum coloniae ducebantur; prout denique apud quamque primitiuam gentem, et deductam inde coloniam, cultura creuerat, aut defecerat; ita quoque lingua prima orientis tum in diuersas dialectos, tum in diuersas plane linguas abiit.

Vniuersum globum terraqueum olim sub aquis delituisse; orbem, quem a sex mille circiter annis inhabitamus, ruderibus orbis veteris fuisse superstructum, maria ibidem aliquando fuisse, vbi nunc terra continens et habitata est; pridem iam a viris eruditis obseruatum est, et ipsa orbis nostri viscera loquuntur. Fatalem hanc orbis cladem ab aquis illatam, Theologi *simultaneam* fuisse credunt; Physici *successiuam* demonstrant; qui rectius et ad rerum proprius? ipsi definiant!

Primos vero noui orbis incolas in montanis Caucasi collocamus, cum physica orbis facies ostendat, recedente sensim oceano plagas orbis altiores prius, quam depressas, fuisse habitabiles. Si vero situm partium praecipuarum Orbis conferamus, patebit: Asiam altius, quam Africam, et hanc altius quam Europam esse sitam. Cum ergo montana Caucasi omnibus

omnibus aliis Aſiae partibus altius promineant, tuto in iis incunabula omnium coloniarum conſtituimus.

Conf. Hiſtoire nouvelle de tous les peuples du monde, ou Hiſtoire des hommes. Hiſtoire ancienne Tom. II. pag. 97 ſuiv. et p. 129 ſuiv. Boulanger l'Antiquité devoilee T. I. Liv. I. Sam. Chriſt. Holmann Commentar. *de corporum marinorum aliorumque peregrinorum in terra continente origine* in commentariis Soc. Reg Scient. Gottingenſis Tom. III. ad annum 1753. Bouſon. Hiſt. Nat. T. I. Diſc. II. Art. 19.

§. VIII.

A ſucceſſiua ergo coloniarum Aſiae deductione, linguae orientis tum varias dialectos, tum linguas a primitiua plane diuerſas, repetendas eſſe dubium non eſt. Phyſicum igitur orbis Aſiatici ſitum attendentes, diuerſos eius incolas ita ordinamus, vt primum locum occupent

INCOLAE CAVCASI						
in Africa		*hinc*			*in Aſia.*	
Incolae Libani et Antilibani.	Aſſyrii				*Incol. Planitiei Tartariae.*	
Atlantis incol.	*ad occidentem et meridiem.*	*ab his*		*ad orientem et meridiem.*		
Troglodytae	Syri		Chaldaei		Indi	Sinenſes
	Phoenicii	Leucoſyri	Perſae	Hebraei Nomades		
Aethiopes	Arabes	Pelasgi		Iſraelitae		
Aegyptii		Graeci		Samaritani		

Confor-

Conformiter huic populorum migrationi lingua quoque primitiua ſequenti ratione eſt diffuſa:

LINGVA PRIMITIVA ORIENTIS						
in Africa			*hinc*			*in Aſia.*
Atlantica	*in occidentem et meridiem.*		Aſſyria	*in orientem et meridiem.*	Tartarica	
Aethiopica	Syriaca		Chaldaica		Indica	Sinica
Aegyptia	Phoenicia	Leucoſy-riaca	Perſica	Hebraea		
	Arabica	Pelasgica		Samari-tana		
		Graeca				

Ex his linguae: Sinenſis, Indica, Perſica et Graeca, in diuerſas abiere linguas: Syrorum vero, Chaldaeorum, Phoeniciorum, Arabum, Hebraeorum, Aethiopum, Aegyptiorum idiomata, mutuam inter ſe affinitatem plus minusue conſeruarunt.

Ex dictis praec. §. VII. non male deducitur maximam vtriusque orbis partem oceani aquis fuiſſe contectam, quum altiſſimorum montium vertices ex aquis prominuerant, et hominibus patriam conceſſerant. Culmina haec oceano vndique circumfuſa primitus inſulae erant, quae per ſucceſſiuum receſſum aquarum iunctae, poſt plura demum ſae-

cula vtrumque continentem, quem hodie noſcimus, formarunt. Altiſſimam atque adeo primam veteris orbis inſulam fuiſſe cenſeo longum illum montium tractum, qui olim *Caucaſus*, hodie *Caf*, dicitur, prima illa orbis aetate inde oceano, hinc mari Caſpio Alueo ſuo glaciale quoque et Indicum complexo, clauſum, ex quo arctis nimium limitibus concluſus populus primitiuus tum in inſulas a montanis Libani et Antilibani, et inde vlterius in inſulas a montanis Atlantis formatas, tum in altiſſimam illam totius veteris orbis planitiem Tartariae, colonias miſere.

Licet ergo hiſtoria populos primitiuos, eorumque patriam profundis tenebris inuoluat; eas tamen phyſica diſcutit, ſuaque luce tempora hiſtoriae inacceſſibilia illuſtrat. Nuſpiam ſane clarius, quam ſuper ſtrigoſa illa ſaxa, quae alta Aſiae et Africae montium iuga terminant, prima monarchiarum Orientis aetas expreſſa legitur. Inde orbis heroes Apothoſeos honorem meriti, exſiccaturi vaſtas paludes, fluuiis alueos foſſuri, et in medio coeni atque beſtiarum ferocium ſibi patriam creaturi deſcenderant. Indefeſſam illam induſtriam primum experta eſt Aſſyria, in cuius lata planitie incolae Caucaſi nouas ſedes erexerant, ibidemque gentibus Syris, Chaldaeis, et Medis originem atque patriam dederant. Syri ad Libanum et Antilibanum habitantes, inde tum ad oras maris mediterranei colonias, quas poſteritas Phoeniciorum nomine inſigniuit, duxere, tum per tractum Libani Arabiae peninſu-

peninſulam penetrarunt, eam victorum armis et legibus in perpetuum clauſuri: dum interim Chaldaei et Medi ſedes ſuas Auſtrum et Orientem verſus longius proferentes, Perſiam incolis repleuerant. Nec ſegnius colonia ex Caucaſo in inſulam Atlanticam ducta, relictis Atlantis faſtigiis, Lybiam et Aethiopiam, latente adhuc ſub mari Aegypto, frequentauit. Aethiopibus *Diodorus Siculus* Libr. III. c. 2 ſummam antiquitatem tribuit, *meritoque Autochthones nominari, tum omnium conſenſu, tum ex Aethiopiae climate* probat. Aethiopes, teſte eodem Diodoro et approbante phyſica, Aegyptios ſuam coloniam eſſe affirmant ab Oſiride deductam: *Immo Aegyptum, quae nunc eſt, non continentis partem, ſed mare a prima mundi conſtitutione fuiſſe, quae a Nilo poſtmodum ex Aethiopia limum per inundationis tempus deferente, ita paullatim ſit aggeſta. Quod vero fluminis aggeſtu exſtiterit ea tellus, euidentiſſimis circa oſtia ſignis deprehendiſſe* ſe dicit; *nam vnoquoque ſemper anno noui accumulatione coeni, ad exitus fluuii mare excludi, et terra accrementum capere videtur.* Sub ea tempora Aſiae quoque minoris peninſula numeroſis coloniis erat repleta. Pridem Scythae, duce *Akmon*, in Pontum et Cappadociam conceſſerant. Syri per Libanum et Antilibanum ingreſſi, Leucoſyris originem dederant. Phoenicii per oras maritimas Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Myſiam, et Peloponneſum petierunt ibidemque fixerunt domicilia. Ex diuerſis his Scytharum, Syrorum et

Phoeniciorum coloniis Pelasgi, et ex his Graeci originem traxerant.

Priusquam vero planities Asiae atque Africae frequentabantur, incolae Tartariae per Taurum versus Indum et Gangem progredientes, ibidem prima antiquissimarum monarchiarum Indiae et Sinarum fundamenta numquam amplius subruta iecere. Instructa iam Asia et Africa incolis, societatibus, legibus, religione, et moribus: Abraham Chaldaeus, relicta patria sua Mesopotamia, in Phoeniciam, inde in Aegyptum abiit, ex qua, famulis, ouibus, bobus, camelis, et Asinis, ditatus, in Chananaeam, Phoeniciae partem, est reuersus, et cum suis nomadicam viuendi rationem est sectatus. Inde iterum ob alimentorum penuriam Iacob, Abrahami nepos, cum filiis suis Aegyptum petiit, vbi posteri eius ab Aegyptiis separati, rem pecuariam, et agriculturam curarunt. Subinde a Mose in Chananaeam reducti, legibusque formati, ciuitatem Israeliticam in duodecim tribus diuisam erexerunt.

Ex hucusque dictis recensita superius linguarum genealogia: sufficientem lucem et probabilitatem accipit, cui facile adquiesco in re, ad quam illustrandam nihil praeter coniecturas adferri hactenus poterat. Clima, ciuitatis forma, vitae genus, religio, mores, et luxus omnia fere linguae primitiuae vestigia in linguis Indica, Sinensi, Persica, et Graeca, deleuerunt, quum linguae Syriaca, Chaldaica, Phoenicia, Aegyptia, Aethiopica, Arabica,

Hebraea

Hebraea vix notabilem, si Aegyptiam et Phoeniciam ob summam illorum populorum culturam demas, passae sunt alterationem, propter quod merito dialecti linguae primitiuae nuncupantur. Eadem omnibus est simplicitas, carent nominum declinationibus, verbis item auxiliaribus, vnica coniugatione per plures tamen formas variata verba flectunt, voces primitiuae seu radices syriacae et chaldaicae vnica, hebraicae duabus constant syllabis. Praepositiones et pronomina possessiua vnica efferuntur litera, voci affixa. Eadem omnibus imperfectio, quam temporum in verbis indefinita significatio inducit, mutationes vero, quae memorata idiomata a se inuicem secernunt, externae duntaxat et accidentales sunt, quae linguae substantiam minime afficiunt. Nullus sane horum idiomatum peritus mutationes alias detexit hactenus, quam quae vel ipsam literarum figuram, vel earundem pronunciationem, vel accidentales quasdam in nominum aut verborum formis variationes, vel literarum radicalium permutationem, aut transpositionem, vel radicum deriuatas significationes, vel speciales phrases respiciunt. Sicut vero omnia haec externa duntaxat sunt; §. III. ita non diuersas linguas, sed diuersas duntaxat dialectos constituunt. Caeterum conueniunt in pronunciatione plurimarum literarum, in significatione radicum primaria, in modo flectendi verba, pronomina item et particulas affigendi ratione; paucis in omnibus, in quibus plurium eiusdem linguae dialectorum

 sororie

ſororio vinculo iunctarum, conſenſus a philologis ſtatuitur.

Conf. Hiſtoire des Hommes T.I. p.157: T.II. p.11 et ſuiv. T.V. p.169; T.IX. p.15 et 243. T. XIII. Vues Philoſophiques ſur le Globe et les Hommes. *Schultens* Orig. Hebr. Lib.I. Part.II. cap.1. §. 8 ſeq. Memoires de l'Academie des inſcriptions Edit. in 4. Vol. II. pag. 248, 273; et ſuiv. Hiſtoire de l'Academie Vol.XII. p. 98; Vol. XVIII. p. 423 it. p. 64 et ſuiv. Memoires XXVI. pag. 573; Vol. XXXII. p. 212; Vol. XXXI, pag. 339. *Guignes* Traité ſur les langv. orient. Memoir. Vol. XXXVI. pag. 164. Bailly lettres ſur l'Atlantide de Platon et ſur l'origine des Sciences. Entwurf zu der aelteſten Erd- und Menſchengeſchichte nebſt einem Verſuch den Urſprung der Sprache zu finden. Frankf. und Leipzig 1773 8.

§. IX.

Ipſae vero hae dialecti non omnes eandem ſortem ſunt expertae. Dialecti Phoenicia, Aethiopica, Aegyptia ita interiere, vt primum e vetuſtis duntaxat inſcriptionibus et nummis ſuperſtitibus, tenuibus item reliquis in dialecto Hebraea conſeruatis; Alteram e verſione Bibliorum Aethiopica, et paucis quibusdam liturgiarum fragmentis ſaeculo IV. vix antiquioribus; poſtremam ex inſcriptionibus mumiarum et lingua Coptica noſcamus.

Vtut dialectus Phoenicia per omnes maris mediterranei oras maritimas vsque ad columnas Herculis fuerit diffuſa; poſt internecinam tamen cladem

dem Tyri et Carthaginis nihil ex ea superest, quam Nummi Palaestinenses, et inscriptiones lapidariae, quae in Malta, Citio oppido Cypri, et Carpentoracte adhuc dum visuntur. Quum vero Abraham et eius posteri per CCV annos inter Chanaanitas vitam nomadicam duxissent; non sine ratione opinamur, plura quoque vocabula Chanaanitica seu Phoenicia in linguam Abrahamiticam, a Chaldaica ob plures migrationes tantisper iam diuersam, fuisse illata, et in lingua Hebraica conseruata.

Conf. de dialecto Phoenicia Histoire des hommes T. VIII. p. 141. Plura memoires sur les Phoeniciennes par l'Abbé Mignot in Memoir. de l'Academie T. XXXIV. et suiv. — Philosophical Transaction Vol. LXI, II, X et XII; Vol. LXI, II, 40. — Dutens Explication de quelques medailles Grecques et Phoeniciennes, eiusdem Explication des quelques medailles Phoeniciennes du Cabinet de Duane. Swintonii opuscula in Philosophical Transactions passim inserta. Michaelis orientalische Bibliothek T. VI. pag. 108.

De dialecto Aethiopica Iobi Ludolph historiam Aethiopicam.

De dialecto Aegyptia Mem. de l'Academ. Vol. XXXII. p. 212 et suiv.; Vol. XXXIV. p. 28 suiv. Guignes sur les lang. orient. Mem. Vol. XXXVI. pag. 137 et suiv. Forster de Bysso Antiquorum.

§. X.

Feliciora tantisper fata tulit dialectus Chaldaica et Syriaca. Licet enim vtraque a pluribus saeculis iam sit emortua; prioris tamen reliquias tum in quibusdam *Danielis*

et *Efrae* capitibus *) tum in paraphrafibus Chaldaicis Ionathanis et Onkelofi legimus: Pofterior praeter Bibliorum verfionem, plurima etiam volumina et monimenta ad rem literariam fiue facram fiue profanam illuftrandam poft fe reliquit.

Conf. Mem. de l'Acad. Vol. XIII. p. 491; Vol. XVIII. p. 35 fuiv.; Vol. XXI, 68. Michaelis Abhandlung uber die Syrifche Sprache.

*) Danielis cap. II. vsque ad VII. Efrae cap. IV. vsque ad VII.

§. XI.

Dialectus Arabica vix aliquam temporum viciffitudinem fenfit, fed maxima verborum copia ad nos vsque peruenit. Plures vero caufae ad conferuandam eius puritatem et integritatem concurrerant. I. erat exteris inacceffus ille fitus peninfulae Arabicae, ad cuius meditullium nec commercia nec connubia alienigenarum, neque etiam arma hoftilia penetrarunt. II. praeiudicium nationale Arabum. III. ftudium eorum, quo linguam fuam inuiolatam, atque a corruptelis temporum intactam fibi, fuaeque pofteritati praeftarent.

Conf. Schultenfii Orat. II. de origine linguae Arab. ad calcem orig. Hebr. Mem. de l'Acad. Vol. II. 248, 273; Vol. XXVI. 557.

§. XII.

§. XII.

Non tam fauſtam experta eſt ſortem dialectus Hebraea, quae quantumuis ſimplex et elegans per ſaeculorum tamen decurſum varias paſſa eſt vices. Aetas, quae emigrationem gentis Abrahamiticae ex Aegypto atque captiuitatem Babylonicam intercedit, florentem exhibet linguae Hebraeae ſtatum, in quo non modo naturalem vigorem ſuum illibatum ſeruauit, verum etiam omnibus illis cauſſis, quae in linguae culturam influunt, ampliata, magisque exculta euaſit. Quum captiuitate vero Babylonica defloreſcere et Chaldaeorum dialecto miſceri coepit, donec a reditu Iudaeorum ex Babylonia, vsque ad ſecundam Hieroſolymorum euerſionem, et vlterius quum Iudaei hebraeae vernaculae ſenſim obliti eius loco dialectum quandam ex linguis Chaldaica et Syriaca conflatam adſciverunt, penitus eſt emortua.

Simplicitatem linguae Hebraeae illud ante omnia demonſtrat, quod compoſita in nominibus pauca, in verbis nulla habeat. Conſtructiones et phraſes Hebraeae res adeo breuiter et accurate exprimant, vt nulla alia lingua eas aſſequi valeat. Linguae Hebraeae elegantia conſpicua eſt partim in vocibus ſingulis, partim in integris conſtructionibus. Con-

ſtat linguarum Euphoniae repugnare, ſi in eadem voce plures vocales immediate ſe ſe contingant; ſi conſonantes plures praecipue pronunciatu difficiliores ad eandem referantur ſyllabam, ſi vocabula iuſto prolixiora ſint. In lingua vero Hebraea numquam duae vocales ſe inuicem excipiunt, quum nullam ſyllabam vocalis inchoet et Hebraei diphthongis deſtituantur; literae gutturales pronunciatu difficillimae numquam geminantur; literis aſpiratis aſpiratio tollitur, quum id Euphonia poſtulat; conſonantibus puncta ſubſternuntur illarum naturae conuenientiſſima; voces longiores abiecta vna atque altera vocali decurtantur. In integris conſtructionibus ad elegantiam facit, ſi vocabula non nimis traiiciantur et intricentur, ſed omnia ordine naturali fluant, ſi periodi nec nimis prolixae, nec iuſto breviores ſint, in quo etiam quantum elegantiae gradum lingua Hebraea aſſecuta ſit, quiuis animadvertet facile, qui vel Moſis libros vel Dauidis cantica, vel Ezechielis et Ieremiae poemata tragica attento voluerit oculo.

Linguam Abrahami vsque ad exitum Iſraelitarum ex Aegypto vix aliquam ſubiiſſe mutationem inde habemus perſuaſum, quod ſciamus, Nomades et mancipia idioma ſuum rude et imperfectum nec perdere nec perficere. Ab exitu Iſraelitarum ex Aegypto ad Salomonis vsque aetatem, plures cauſae concurrerant, quae linguae Iſraelitarum cultiorem quandam formam et abundantiam dederant. I. enim gens haec hucusque vel Nomadica vel ſer-

va.

va, ex eo tempore certam fixamque ſedem in terra Canaan nacta eſt; II. durante hac periodo plures libri ſacri conſignabantur, qui quoddam quaſi exemplar et regula Hebraiſmi in communi ſermone eſſe poterant; III. Salomonis tempore ſcholae prophetarum inſtituebantur, in quibus procul dubio etiam eloquentiae ſacrae et linguae Hebraeae puritati nauata fuit opera; IV. regnantibus Dauide et Salomone regno Hebraeorum latius extenſo, vſus quoque linguae Hebraeae longius erat diffuſus. V. Salomonis aetate, quum ciuitas Hebraea commercia quoque exerceret, et ob creſcentem luxum multae res exterae ac nouae in terram Canaan inveherentur, lingua quoque nouis harum rerum vocabulis locupletabatur. VI. Ipſe Salomon praeter mille prouerbia et mille quinque cantica a ſe edita, inſuper de omnis generis rebus phyſicis, vt de arboribus, plantis, animalibus, piſcibus, et auibus diſſeruit, ad quae plurima vocabula noua antea inaudita adhibere opus fuit.

Cum captiuitate Babylonica aetas linguae hebraeae decreſcere coepit; vt enim decem tribus praetermittam, multo ante in Aſſyriam abductas, et per omne Aſſyriorum imperium diſperſas; duae quoque tribus Iuda et Beniamin in captiuitatem migrare coactae ſunt; quae quum paſſim diſperſae habitarent, ſenſim linguae Chaldaicae cum Hebraea plurimum cognatae aſſueuerunt, quare et Daniel et Eſra magnam ſcriptorum ſuorum partem dialecto Chaldaica exararunt, immo probabile plane eſt,

Eſram

Esram quum libros nationales recenseret, colligeret, et integritati restitueret, vetustioribus vocibus ac phrasibus nouas suoque aeuo receptas plurimis in locis substituisse, quo sic libros sacros ad vsum gentis suae, a pristina illa tum morum tum sermonis cultura multum iam alienae, accommodaret.

Quamquam vero Iudaei vernaculam hebraeam ex Babylonia reportauerint, et perbreue temporis spatium conseruauerint, eam tamen praesertim penes plebem non aeque puram ac antea fuisse facile intelligitur, donec tandem in obliuionem veniret penitus, vel cum linguis chaldaica et syriaca misceretur ita, vt noua quaedam exinde enasceretur dialectus, quam alii Syrochaldaicam, alii Hierosolymitanam appellant. Haec ipsa dialectus syrochaldaica, qua Iudaei Palaestinenses vsi sunt, vrbe Hierosolymorum atque adeo vniuersa Iudaeorum republica euersa, Iudaeis autem per omnes orbis plagas dispersis, ingentem subiit mutationem, eiusque corrupta, vocibusque et phrasibus exoticis ita permixta, vt lingua vere barbara et intellectu difficillima euaserit.

Conf. Ioan. Simonis Introduct. Gram. Critic. in ling. Hebr. Sect. I. §. 19 Contant nouvelle Methode pour entrer dans le vrai sens de l'ecriture sainte.

§. XIII.

Cognitio linguarum veteris orbis communi nomine *Philologia* nuncupatur, et vel *vniuersalis* est, si omnes, aut saltem praecipuas

puas veteris orbis linguas complectatur; vel *particularis*, si ad vnam tantum aut alteram linguam restringatur.

In veterum linguarum censum, in quantum obiectum Philologiae constituunt, non omnes omnino linguas, quae vmquam vsitatae fuerant, refero, sed eas duntaxat, quae maternae et propriae erant iis gentibus, quibus culturam nostram in acceptis habemus. Hae vero sunt, respectu habito ad religionem, lingua Hebraea, eidemque cognatae orientis dialecti; ad eruditionem profanam lingua Graeca et Latina, quibus optimo iure addo linguam Arabicam, qua neglecta diu adhuc tum in historia orientis tum in literatura medii aeui, quo apud Arabes vnice floruit, feliciori luce destituemur.

§. XIV.

Philologiae partes sunt: I. *Etymologia*, quae in originem linguarum in genere, vel particularis cuiusdam linguae in specie et vocum mechanismum inquirit. II. *Grammatica*, quae vocum compositionem, flexionem, et constructionem pertractat. III. *Critica*, quae in sensu strictiori integritatem textus, et varias lectiones diiudicat, latiori vero sensu ex certis principiis causas mutationum in aliqua lingua occurrentium detegit. IV. *Hermeneutica*,

neutica, quae certis cognoſcendi et demonſtrandi principiis innixa, proprium et genuinum operis cuiusdam ſenſum ſtatuit, et demonſtrat.

Conf. Traité de la formation mechanique des langues chap. 2.

§. XV.

Grammatica eſt *ſyſtema regularum, ad quarum praeſcriptum mutationes in vocibus ſeu ſingularibus linguae partibus fiunt.*

Voces itaque et earum mutationes obiectum Grammaticae conſtituunt. Quum vero non quaelibet vox nouam ſubeat mutationem, ſed plures vno eodemque modo varientur; ſequitur, mutationes in lingua non fieri arbitrarie, ſed ſecundum certas regulas; quae quum connexionem et analogiam mutuam habeant, immo plurimae ex principiis vniuerſalibus deſcendant, commode redigi poſſunt in ſyſtema, quod Grammaticam conſtituit.

§. XVI.

Quoniam vero regulae Grammaticae non aliunde, quam ex ipſis variationibus in lingua obſeruatis, ſint deductae; conſequenter vſu tantum, et experientia nitantur: manifeſtum eſt, eas numquam certitudinis apicem,

cem, ſed inferiorem tantum, aut altiorem probabilitatis gradum aſſequi poſſe.

Ex pluribus vocibus eadem ratione variatis abſtrahitur id, in quo conueniunt, ex quo regula grammatica ſtatuitur. Hinc regulae grammaticae ſunt obſeruationes caſuum ſimilium, quae quum exemplis ſaepius occurrentibus demonſtrentur, ipſa vero exempla talia ſint, vt quauis alia ratione commode explicari poſſint; regulae inde abſtractae haudquaquam certae, ſed probabiles tantum vel probabiliores ſunt, quo pluribus nimirum, vel paucioribus exemplis oſtendi poſſunt.

§. XVII.

Ad hoc ergo, vt regulae certae, ad ſolidam linguae cognitionem neceſſariae ſtatuantur, ante omnia poſſibilitas huius vel illius mutationis extra dubium eſt collocanda, tum vero mutationum cauſae e certis principiis deducendae et aſſignandae ſunt. Ad quod cum ſcientia illa, *quae poſſibilitatem mutationum linguae certa concluſionum ſerie adſtruit, et earum cauſas e certis principiis demonſtrat*, ac proinde *Critica* vel *Grammatica vniuerſalis philoſophica* dicitur, plurimum conferat: extra dubium eſt, eiusdem in ſtudio linguarum, praecipue orientalium praecipuam rationem eſſe habendam.

Diſcrimen,

Diſcrimen, quod inter Grammaticam vniuerſalem philoſophicam, et Grammaticam cuiuscumque particularis linguae intercedit, in eo verſatur: I. quod Grammatica philoſophica ſit ſcientia principiorum immutabilium et generalium, quibus ſermo humanus quicunque innititur; Grammatica vero particularis ſit ars vocum variationes, mutationes et flexiones ad principia immutabilia et generalia, quae Grammatica philoſophica docet, applicandi. Hinc II. Grammaticae philoſophicae obiectum ſunt illa ipſa ſermonis humani principia immutabilia et generalia; Grammaticae particularis horum principiorum applicatio practica. Ex quo ſequitur III. quod Grammaticae philoſophicae principia, quae linguarum poſſibilitatem duntaxat ſupponunt, et rationem humanam, ſicut in ſuis operationibus intellectualibus, ita quoque in formandis vocibus dirigunt; anteriora ſint omnibus linguis: praecepta vero Grammaticae particularis linguis poſteriora ſint, vtpote ex vſu linguarum diu iam receptarum obſeruata, et abſtracta; quod Quintilianus Lib. III. Inſtitut. Orat. cap. 2 paucis, apte tamen ad rem exprimit: *Initium dicendi dedit natura, initium artis obſeruatio.*

Conf. Beauzee Grammaire général T. I. préface Wallis Tractatus Gram. phyſicus de loquela ſiue ſonorum formatione praemiſſus Grammaticae linguae Anglicanae Oxford 1653. Gramaire générale et raiſonnén, par Meſſ. de Port Royal Paris 1756. Michaelis Hebraeiſche Grammatik Anhang.

§. XVIII.

§. XVIII.

Principia, e quibus Grammatica philosophica linguarum mutationes possibiles demonstrat, et earum caussas assignat, ad pauca sequentia reduci possunt. I. Quum mutationes in linguis occurrentes non sint arbitrariae, sed naturali organorum mechanismo peragantur, ante omnia mechanismi huius natura atque vis in studio linguarum est attendenda, neque vlla mutatio vt possibilis admitti debet, quae naturali organorum vocalium structurae aduersatur.

Qua ratione mirabilis organorum vocalium mechanismus ad formationem vocum concurrat, iam alio loco (§. VI.) dictum est. Eundem etiam in mutationibus et flexionibus vocum intercedere nullus dubito. Certe cur pluralis Hebraeorum addita syllaba ים; Ex forma *Kal* augmentatiua, forma *Piel*, per duplicationem mediae litterae radicalis, atque adeo per duplicationem soni et per mutationem soni clari *a*, in sonum tenuem *i* vel *e*; forma iussiua et impulsiua *Hiphil* praemissa primae radicali litera ה aspirata fiat; planior meliorque ratio assignari non potest, quam ipse hic mechanismus, qui prout significatio vocis augetur, et intenditur, ita quoque ipsa organa, quae ad vocis pronunciationem concurrunt, magis intendit.

§. XIX.

II. Plurimae in linguis mutationes fiunt literarum permutatione: ſicut enim ideae, quae pauciora ſigna habent, quibus a ſe inuicem diſcernantur, facilius inter ſe confunduntur, ita ſoni, qui vel iidem ſunt vel parum plane inter ſe differunt, facile inter ſe alternant. Iam quum linguae partes nihil aliud ſint, quam ſiue ſimplices, ſiue compoſiti ſoni per organa ſermonis emiſſi, haec porro quinque tantum; ſoni e contra plures numerentur: ſequitur ſonos ſibi inuicem multum eſſe ſimiles, et quoad intenſiorem duntaxat aut remiſſiorem organi applicationem eſſe diuerſos. Ex quo deducitur, variationem et permutationem ſonorum potiſſimum in eorum ad ſe inuicem ſimilitudine aut diuerſitate fundari.

Quum organa vocalia numero tantum quinque ſint, videlicet: labia, guttur, dentes, palatum, et lingua, conſonantes quoque originariae tantum quinque concipiuntur ita, vt quoduis organum propriam ſuam habeat conſonantem, nempe labia *be;* guttur *he;* dentes *ſe;* palatum *ke;* lingua *le.* Quodvis organum ſonum ſibi proprium, vel mollius, vel intenſius, vel vi quadam inter mollitiem et intenſionem media protrahere poteſt, ex quo primitiuos et origi-

originarios ſonos amplius augeri erat neceſſe, ita vt plures ſoni ad vnum idemque organum referantur exempli gratia:

ad labia,			ad palatum,			ad linguam,			ad dentes,			ad guttur.		
moll.	med.	int.	moll.	med.	int.	moll.	med.	int.	moll.	med.	int.	moll.	med.	int.
V	ב	פ	ג	כ	ק	ד	ט	נ	ז	ס	צ	א	ה	ח
ו	מ	Φ	י	C	Q		ל	ת			ר			خ
				K	X	ن	ط				ש			ح
														ע
											ض			غ

in hac vero ſonorum ad idem organum vocale ſpectantium mutua affinitate, eorundem commutatio praeprimis fundatur.

Confer Traité de la formation mechanique des langues chap. 3 et chap. 10 §. 191.


§. XX.

III. Multae quoque linguarum affectiones a diuerſo coeli ingenio eiusque in organa vocalia influxu a variis etiam gentis cuiusque fatis ac viciſſitudinibus ſunt repetendae. Vnde etiam propria cuique linguae eſt euphonia, propriae figurae et emphaſes in charactere rationali fundatae.

Si ad diuerſum coeli ingenium aduertas animum, mirum iam non videbitur, ſi dicatur linguas orien-

tales omnino ſuaues eſſe atque ad affectus excitandos aptiſſimas, quantumuis ob ſonos gutturales aſperae et durae videantur.

Lingua tanto magis euphonica dici poteſt, quanto magis organorum mechaniſmo eſt attemperata, quum vero operatio organorum multum a climate pendeat: manifeſtum fit, propriam cuique linguae pro diuerſo coeli in organa influxu eſſe euphoniam. Generatim euphonia reſpicit literas, ſyllabas, voces. Literae aliae ſunt vocales, quarum diuerſitas a diuerſa in earumdem pronunciatione oris diductione aſſignatur, aer diuerſimode diducto ore emiſſus diuerſos etiam ſonos producit: *claros*, ſi maxima; *tenues*, ſi mediocri; obſcuros, ſi minima emittatur. Vnde quinque ſoni vocales, qui eadem oris extenſione, ſed diuerſa oris diductione, pronunciantur, regularem ſonorum ſeriem conſtituunt, qui a claris ad obſcuros hoc ordine deſcendunt.



e quibus is cuique linguae maxime euphonicus erit cenſendus, qui cum conſonantibus frequentius in ea vſitatis facillime pronunciatur. Quisque ergo facile

facile videt in linguis OO. vocalem *A* recte dici euphonicam; vtpote cum qua litterae gutturales linguis his perquam familiares facillime pronunciantur.

Litterae aliae ſunt conſonantes, quae quum ſine vocali, nulla ratione pronunciari queant, ex ſua natura ſyllabam conſtituunt, in cuius formatione fere omnia a climatis in organorum et aurium mechaniſmum influxu pendent. Vbi aer ſubtilior eſt, ſyllaba ſimplex ſuauius ſe auri inſinuabit quam compoſita: vnde etiam in LL. OO. frequentiores ſunt ſyllabae ſimplices, quam compoſitae, quibus hiſpidum quid ſtridentes linguae ſeptemtrionales abundant, quum illae ſub immitiori coelo aures grauius afficiant.

Euphonia vocum partim a compoſitione ſyllabarum, partim a ſono repetenda eſt. Vox e ſyllabis eadem oris diductione pronunciandis compoſita, languidum quid ſonat, vt e. g. *de-de-cet*, *fi-ni-vit*. Si vox ita componatur, vt ſyllaba, quae maxima, ad aliam, quae minima oris diductione effertur, ſequatur; committitur hiatus, qui auri ſemper eſt ingratus, e. g. *ac-cu-ra-tus*. Optime ergo ad euphoniam vox eſt compoſita, ſi conſtet ſyllabis naturalem ſonorum vocalium progreſſum ſequentibus, e. g. *at-ten-ti-o*, *con-ſi-de-ra-ti-o*.

Multum etiam ab euphonia recedunt voces, quae componuntur e ſyllabis aequali mora pronunciandis, quum voces, in quibus ſyllabae longae miſcentur breuibus, gratius aures afficiant.

Sonus vocum euphonicus eſt, ſi maiori vel minori ſua intenſione, mollitie item vel aſperitate ipſam vocis ſignificationem ſeu obiectum ſignificatum imitetur (§. V.).

Confer Traité de la formation etc. chap. 2 §. 19 et ſuiv. Home Grundſätze der Kritik 2. Th. 18. Hauptſt. 1. Abſchnitt etc.

§. XXI.

Maximus enim eſt influxus characteris nationalis, vti non minus opinionum in linguas et linguarum in opiniones.

Sic ſaepe characterem nationalem Germanorum, Gallorum, Hungarorum, Graecorum, Romanorum in eorum linguis, phraſibus, et ſpecialibus loquendi formulis expreſſum deprehendiſſe mihi videor, et quin alii quoque deprehenderint, non dubito.

Quod influxum opinionum in linguas attinet, eum ſicut omnes fere linguae ita potiſſimum linguae veteris orbis manifeſtant. Conſtans orientalium erat opinio homines e humo prodiiſſe, vnde commune omnibus his linguis *hominis* vocabulum אָדָם ab אדמה *humus* deriuatur. Vox שטן Hebraeis ante captiuitatem Babylonicam nihil aliud ſignificabat quam *aduerſarium*, aut etiam angelum actionibus humanis intendentem, easque ad Deum ſupremum omnium iudicem deferentem; Aſt, vbi in Babylonia Chaldaicae philoſophiae placitis fuiſſent imbuti, Chal-

Chaldaeorumque Arimanum noſcere didiciſſent, ex captiuitate reduces, fere ſemper ſub voce שָׂטָן ſpiritum malum, hominum ſeductorem, et inſidiatorem, quem latinitate eccleſiaſtica, mutuata a graecis voce, Daemonem dicimus, intellexerunt. Priusquam adhuc Abrahami poſteri in integram gentem excreuiſſent, communi orientalium opinione numerus *ſeptenarius* ſeptem planetis erat ſacer, ex quo factum putem, quod a vocabulo שִׁבְעָה *ſeptem* שָׁבַע *iurauit* deriuatum ſit. Eundem opinionum influxum obſeruare licet apud Graecos. Ex eorum ſane opinione de animorum immortalitate deriuandum eſt, quod ipſis *anima* et *papilio* ψυχὴ ſint ſynonyma; ſtatuebant enim mortem nihil aliud eſſe, quam animae metamorphoſin.

Conf. Traité de la formation etc. chap. 2 §. 14 et ſuiv. Michaelis de l'influence des opinions ſur le langage et du langage ſur les opinions.

§. XXII.

V. Nulla ergo lingua ad genium alterius linguae eſt dimetienda, ſed ſtudendum proprio cuiusque linguae genio. Quum tamen interna quaedam linguas omnes intercedat analogia, notitia plurium linguarum, ad cognitionem philoſophicam aliarum non parum ſane confert; ex collatione enim plurium linguarum, generales et vniuerſales

in linguis obtinentes regulae abſtrahi poſſunt, quae ſaepe ad explicandas mutationes, in ſpeciali aliquo idiomate obuenientes optimo cum ſucceſſu adhibentur.

Praecipuus nonnullorum, qui grammaticum LL. OO. ſtudium pertractarunt, error fuit, quod illud plane ad methodum in linguis occidentalibus obſeruatam attemperare voluerint: hinc tum ſicca illa et ieiuna eorum methodus; tum ampla illa regularum et exceptionum ad rem minime facientium farago.



INSTI-

INSTITVTIONES LINGVAE HEBRAEAE.

CAPVT I.

De ſcriptura in genere, literis, atque ſignis orthographicis Hebraeorum.

§. XXIII.

Scripturae defectum in primitiuis ſocietatibus ſupplebant cippi, inde mole aggeſti, lapidum cumuli, ſtatuae, feſta nationalia, cantica, hiſtoria, traditione propagata.

Sic frequenter in libro Geneſeos legimus [a]: Patriarchas iis locis, quibus Deum ſibi apparuiſſe credebant, erexiſſe altaria; plantaſſe arborem, aggeſſiſſe aceruos lapidum: immo locis quibusdam ab euentu impoſuiſſe nomina, quae eius memoriam ad poſteritatem conſeruarent. Sic quoque lapides impoliti, et pali; prima erant Phoeniciorum ad poſteritatem monumenta [b]. Inſtitutio feſtorum antiquitus praeter cultum religionis, etiam memoriam euentuum notabilium pro ſcopo habuerant [c]. Vſus, factorum memoriam per cantica conſeruandi, ſeculis remotiſſimis, vetuſtiſſimisque populis erat fami-

liaris. Poemata haec, ſicut principaliores factorum circumſtantias complectebantur; ita feſtis ſtatutis in conuentu populorum decantata, euentuum memoriam nunquam emori ſinebant; maxime vero cum traditio acceſſerit, qua patres cantica haec; vti non minus monimentorum ſignificationem, et cauſas, quae iis erigendis occaſionem dederant, in filios transtulere.

Conf. Fourmont Reflex. critiq. ſur les anciens Peuples, Liv. II. Guguet de l'origine des Loix, des Arts etc. Liv. II. chap. 6. Memoir. de l'Academ. des Inſcr. Vol. VI. p. i. g. 10 et 45 et ſuiv. Boulang. l'Antiquité devoilée Liv. I.

a) Geneſ. XII, 8. XXI, 31. XXVI, 25. XXXV, 7. b) Diod. Sic. L. 4. Strab. l. 3. c) Exod. XII, 26.

§. XXIV.

Quum vero adminicula haec coarctatis magis ſocietatibus, et earum cultura creſcente, non amplius ſufficerent, de aptioribus, illique ſocietatis ſtatui magis attemperantis erat cogitandum. Primus itaque greſſus ad inuentionem artis ſcriptoriae ponebatur *rudi obiectorum adumbratione*, quae quidem ad ſingulares ſolum ideas resque viſibiles, ſine relatione et connexione ad ſe inuicem effigendas ſeruiebat.

Idem ſane naturae ordo in inuentione et progreſſu ſcripturae, qui in inuentione et formatione linguae

linguae primitiuae obſeruatur. Quum lingua in ſuis primordiis rudis tantum et inconnexa ſonorum naturalium imitatio fuerit, homines nihil proprie voce expreſſerant, quod non immediate ope auditus percepiſſent, vnde geſtibus et ſignis integra moles informium adhuc ſonorum vocalium erat connectenda. Eadem ratione comparata erat prima ſcribendi periclitatio: depingebantur tantum obiecta, quae viſum affecerant, quae quum absque ordine ad ſe inuicem coaceruata fuerint, eorum connexio et coordinatio ſermoni, aut laborioſae poſterorum indagationi erat relicta.

Conf. Guguet. loc. cit. Mém. de l'Academ. Vol. XXIII. p. 87. Traité de la formation des langues, chap. 7 §. 93 et ſuiv.

§. XXV.

Vnde adumbrationes hae in ſimpliciorem leuioremque formam redactae, ſic inſtruebantur; vt non tam obiecta ipſa, quorum referebant imaginem, quam potius res alias, quae cum iis analogiam quandam habuerant, repraeſentarent. Ex quo illud ſimul commodi oriebatur, vt obiecta immateralia et inuiſibilia ſub imagine viſibilium exhiberi poſſent, praecipue quum ſigna aliqua acceſſerant, quae ex conuentione deſignandis animi motibus inſeruirent.

Princi-

Principalia ergo tantum lineamenta hominis, equi, cameli, arbores, aliarumque rerum physicarum ducebantur, quo breuitati et commoditati consuleretur. Vt vero hisce figuris ideae etiam abstractae, resque immateriales describi possent, cuique figurae assignabatur symbolica significatio; vt aui celeritatis, leoni fortitudinis, subinde effectus duntaxat omissa causa pingebatur e. g. fumus ascendens ignis loco, vel instrumeutum subiecti loco, vt oculus vel sceptrum principis symbolum. Nouum hoc scribendi genus, quod *Hieroglyphicum* dici amat. Sicut in Asia Chaldaeis, et Phoeniciis, in Africa Aethiopibus, a quibus Aegyptii acceperant, primum erat in vsu, ita aliis quoque gentibus Sinensibus, Indis, Hetruscis ab antiquissimis retro temporibus plane non erat ignotum. Quae quidem plurimarum gentium in vnam rem conspiratio certe non imitationi, nec casui fortuito, sed internae suggestioni naturali adscribenda videtur.

Conf. Warburton Essai sur les hieroglyphes Egyptiens. Histoire des Hommes Tom. IX. pag. 60 et suiv. et Tom. XI. p. 205. Memoir. de l'Academ. Vol. V. pag. 322 et suiv. et Vol. XXXIV. pag. 1 et suiv. Vol. XXXVI. pag. 119 suiv.

§. XXVI.

Hieroglyphico scribendi genere ad eum, cuius capax erat, perfectionis gradum perducto, minus iam arduus erat transitus ad scripturam, qua non amplius res, sed voces,

ces, et ſoni, quibus res exprimuntur primum per *ſyllabas*, tum per *literas* efformabantur.

Quantumcumque licet ſcriptura Hieroglyphica fuiſſet exculta, numquam tamen incommodis, quibus laborabat, liberari ſatis potuiſſet. Plurimis ſane inconuenientiis ſubiectam manere oportet ſcripturam, quae ſicut quoduis obiectum depictum ambigue proponit oculis, ita in mente legentis ambiguam et vagam ideam excitat. Sagaciores itaque obſeruantes totam ſermonis oeconomiam non adeo magno ſonorum vocalium numero contineri, tentabant ſimplices illos ſonos, in quos lingua iam tum reſoluta erat, deſcribere, agendum erat vnice, vt congrua ſimplicibus ſonis ſigna reperirentur. Simplices iſti ſoni, initiales erant nominum, quibus certa obiecta corporalia notabantur, quaeque in ſcriptura hieroglyphica determinatam ſignificationem habuerant. Sic e. g. ſonus *be* ſonus initialis eſt vocis *bait*, quae in omnibus LL. OO. *domum* ſignificat, extrema ergo lineamenta domus ב conſtituebant ſignum ſoni *be* et vox *bait* manſit nomen literae. Sonus *la* initialis ſonus eſt vocis *lamad*, quae ſtimulum, quo boues inter arandum excitantur ſignificat: Extrema itaque lineamenta ſtimuli ל non iam ſtimuli, ſed ſonum *la* pingebant, et literae nomen *lamad* haeſit. Hac ratione obtinebantur ſigna pro ſexdecim literis, plures ſiquidem ſonos ſimplices idioma orientalium remotioribus ſaeculis non diſtinxit, ſicque ſenſim, ſine ſaltu retenta ſemper analo-

gia

gia cum ſcriptura hieroglyphica exorta eſt ſcriptura *epiſtolographica*, vbi praetermittendum non eſt, characteribus praedicta ratione inuentis, ſub initium integras ſyllabas, id eſt, conſonantem cum ſua vocali fuiſſe expreſſam, tardius vero ipſas ſyllabas in ſingulares reſolutas fuiſſe literas, quarum dein figura, apud diuerſas gentes, diuerſo culturae gradu, frequentiori vſu, ſcribendi celeritate, diuerſimode variata atque mutata fuit, ex quo clarum fieri puto: curantiſſimae Phoeniciorum et Aegyptiorum literae, cum literis Chaldaeorum nullam plane referant ſimilitudinem.

c) Conf. Traité de la format. l. c. Guguet l. c. Mem. de l'Academ. Vol. XXXVI. loc. cit. Verſuch einer Geſchichte der Kultur, 2. Abſchn. §. 13. Rouſſeau Eſſai ſur l'orig. des Lang. chap. 5.

§. XXVII.

Incertum vero eſt, quo tempore, quo auctore, et apud quam gentem epiſtolographicum ſcribendi genus primum innotuerit, ipſis veteribus in diuerſas partes abeuntibus. A veritate tamen non multum abſunt ii, qui vtiliſſimum hoc inuentum Phoeniciis adſcribunt.

Characteriſticum ſcribendi genus antiquiſſimis temporibus ac nationalibus notum fuiſſe: ex pluribus ſacri codicis locis apparet d). Apud Cananaeos quoque ſat mature vſu fuiſſe receptum inde liquet, quod vrbs quae tempore Ioſuae *Dabir*, olim *Cariatſepher*

riatsepher seu ciuitas literarum dicta fuerit [d]). Plato testatur [f]) Thautum, quem Graeci Mercurium I. dicunt, literas in vocales et consonantes, mutas et liquidas distinxisse, quamuis vero distinctio haec eo tempore, ad quod Aegyptii Thautum suum referunt, locum habere vix potuerit, illud tamen Plato refert, non obscure ostendit, veteres persuasos fuisse iam a temporibus Thauti scripturam epistolographicam fuisse cognitam. Complures Graeci et Romani literarum inuentionem Phoeniciis adscribunt [g]), quorum testimonio tanto libentius subscribo, quanto certius est, inuentum hoc non casui fortuito, sed necessitati, studio, et industriae originem debere; quibus vero rectius, quam Phoeniciis, alias veteris orbis gentes tum cultura, tum commerciis per omnes tunc noti orbis partes diffusis, praecellentibus, scripturae epistolographicae et necessitas, et inueniendi habilitas tribuetur?

Conf. Traité de la format. l. c. Mem. de l'Academ. Vol. XXX. 405 et suiv.

d) Iob. XIII, 26. XIX, 23. Exod. XVII, 14. XXIV, 28. Numer. XVII, 18. XXXI, 35. e) Iosua XV, 15. f) Plato in Phileb. pag. 374 Edit. Wechel. g) Diodor. Lib. I. l. 3 v. 5. Lucan. Pharsal. Lib. III. v. 220. Plin. Lib. VII. c. 56. Tacit. Annal. Lib. XI.

§. XXVIII.

Phoeniciorum literis epistolographicis Hebraei vsque ad captiuitatem Babylonicam vsi sunt: post captiuitatem vero in Palaestinam reduces literas Chaldaeorum accepere.

Hebraeos

Hebraeos literas Phoenicias in ſcriptis ſuis adhibuiſſe, fidem I. facit Hiſtoria, ex qua vero ſimillimum eſt, Iacobum eiuſque familiam in Aegyptum migrantem, nullam literarum habuiſſe notitiam. Saltem in hiſtoria ſacra nullum deprehenditur veſtigium, quod oſtenderet, ſiue Abrahamiticae, ſiue Iacobaeae familiae ſcribendi artem fuiſſe notam. Ipſum nomadicum viuendi genus, cui dediti erant, id confirmare videtur, in quem enim finem Nomadibus patria, ſocietate, legibus, artibus, deſtitutis literae ſeruiant? II. Moſes ciuitatis hebraicae auctor in Aegypto natus et educatus, non alios, quam in Aegypto vſitatos characteres didicit, ii vero erant Phoenicii ab antiquis temporibus Aegypto illati, tum vero a Moſe genti ſuae traditi. Conuenit cum hoc vetus traditio, cuius Hieronymus meminit, videlicet in antiquis Hebraeorum literis, quibus vſque hodie vtuntur, Samaritani extremam Tau literam crucis habere ſimilitudinem, id quod videre licet etiam in Aegyptiis characteribus, mumiarum vittis, Phoeniciis et Samaritanis nummis, item in ſcriptura vnciali Graecorum, quam Cadmus ex Phoenicia in Graeciam detuliſſe fertur, in quibus omnibus vltima Tau litera crucis refert figuram. Poſtquam vero maxima gentis Hebraeae pars, antiquas ad Iordanem ſedes linquere, et cum iis ad Euphratem et Chaboram commutare a Nebukadnezare fuiſſet coacta; gens Iudaica ingentem ſubiit metamorphoſin; quotidiana enim cum Chaldaeis et Aſſyriis conſuetudine, nouo idiomati ac ſcribendi generi ita adſueuit,

vt

vt non multo post captiuitatem tempore, sacros quoque nationis libros characteribus chaldaicis transscribere fuerit necesse, quum Phoeniciis characteribus exaratos, vix vllus amplius legere potuerit. Hanc nouorum characterum substitutionem vetus apud Hieronymum et Talmudistas traditio Esrae adscribit.

Conf. Memoir. de l'Academ. Vol. XXIV. p. 59 suiv.; Vol. XXVI. p. 577. Cayle Recueil d'Antiq. Egipt. Tom. I. pag. 65 tab. V. Bütner Vergleichung der verschiedenen Schriftarten alter Völker. Eichhorn Einleitung in das alte Testament, Tom. I. cap. 2 §. 66 et 67.

§. XXIX.

Literae ergo, quibus Biblia hodie impressa leguntur, originarie sunt chaldaicae. Sunt vero eae *numero* viginti duae; *sono* omnes consonantes; aliae duplicis soni, *lenis* videlicet et *aspirati*, sunt capaces; aliae in fine vocis, aliae in fine lineae figuram suam mutant. Hinc illae dicuntur *bisonae*, hae *finales*; postremae *dilatabiles*. Valor quoque ac potestas earum duplex est: *essentialis*, quem literae habent in pronunciatione; *accidentalis*, qui in numerando obtinet.

Figura	Nomen	Valor essential.	Valor accident.	Figura	Nomen	Valor essential.	Valor accident.
א	Aleph	non ſonat	1	מ	Mem	m	40
ב	Beth	b vel bh	2	נ	Nun	n	50
ג	Gimel	g vel gh	3	ס	Samech	s	60
ד	Daleth	d vel dh	4	ע	Aiin	—	70
ה	He	h	5	פ	Phe	ph	80
ו	Vav	v	6	צ	Tſade	tſ	90
ז	Sajin	dſ	7	ק	Koph	k	100
ח	Hhet	ch vel hh	8	ר	Reſch	r	200
ט	Teth	t	9	שׁ	Schin	ſch	300
י	Jod	j	10	שׂ	Sin	s	300
כ	Caph	c	20	ת	Tau	t	400
ל	Lamed	l	30				

Literae, quae duplicem ſonum, lenem et adſpiratum, habent, ſunt ſequentes:

ב ג ד כ פ ת

Quum Hebraei vocabula in fine linearum non, vti occidentales, diuidant, vna parte vocis in fine lineae ſcripta, altera vero ad ſequentem lineam retracta; vt linearum ſpatium expleant, literas in fine vocis ſaepius occurrentes dilatant, quae proinde *dilatabiles* nuncupantur; et ſunt:

א. ה ל ם ת

Quum olim ita ſcriberetur, vt voces minimo tantum ſpatio a ſe inuicem eſſent ſeiunctae, hinc vero facile ambiguitas in legendo oriri poſſet, quarundam literarum in fine vocis occurrentium figura mutabatur; literae vero hae dicuntur finales, et ſunt:

ך, ם ן ף ץ

quod

quod non ita intelligendum eſt, quaſi literarum finalium vſus iam ipſis SS. ſcriptoribus fuiſſet notus. Veroſimiliter literis his reliqui centenarii a 500 vſque ad 900 ſignabantur, tum vero cum numeros nominibus numeralibus exprimere coeptum eſt, pro literis finalibus applicabantur, poſterioribus ſeculis denuo ad ſignandas quantitates adhibitae, vt adeo ך 500, ם 600, ן 700, ף 800, ץ 900 valeat.

§. XXX.

Quum conſonantes Hebraeorum numero XXII; organa vero, per quae pronunciantur, tantum quinque ſint, ſequitur, plures conſonantes ad vnum idemque organum referre debere, ac proinde alias eſſe literas *gutturales*; *linguales* alias, alias *dentales*, alias *palatinas*; *labiales* alias. Quoniam vero literae vnius organi intenſiore duntaxat, aut remiſſiore organi adplicatione diſcernuntur; clarum eſt literas eiusdem organi facile et frequenter fuiſſe permutatas [h]) §. XIX.

Lit. guttur. ſunt: אהחע
— lingual. - דטלנת
— dental. - זסצרש
— palatin. - גיכק
— labiales - בומף

h) אַרְמוֹן et הַרְמוֹן *palatium*
טָעָה et תָּעָה *errare*
זָעַק et צָעַק *clamare*
כּוֹבַע et קוֹבַע *galea*
בָּזַר et פָּזַר *diſperſit.*

§. XXXI.

Quamuis vſque ad ſaeculum V. a Chriſto nato plura perſuadeant, codices ſacros Hebraeorum non fuiſſe per totum punctatos; non obſcura tamen in Hieronymo et Talmude occurrunt veſtigia, quae demonſtrent, puncta quaedam vocalia antiquioris eſſe originis. Hinc non vanae innituntur coniecturae; qui voces quasdam ambiguas et rarius occurrentes ab ipſis ſcriptoribus ſacris, aut primis eorum lectoribus punctatas fuiſſe opinantur, confirmante opinionem hanc tum punctationis vtilitate, tum analogia MSS. Arabicorum, et alphabetorum orientalium tria puncta vocalia exhibentium.

Nulla imprimis erat neceſſitas, vt ſcriptores ſacri codices ſuos punctis vocalibus ſignarent, partim quia literae אוי vocalium vices ſuſtinere poterant, partim quia viuente lingua quiuis hebraeus ex vſu quotidiano, codices ſuos nationales quantumuis ſine ſignis vocalibus exaratos, ſine difficultate legerat, et intellexerat.

Neque credibile eſt ſcriptores hebraeos codices ſuos per totum punctaſſe, quum veteres interpretes omnes in plurimis locis non ſolum ab hodierna noſtra punctatione, verum etiam a ſe inuicem diſcrepent. Veroſimile vero non eſt codices punctatos, ſi qui exſtitiſſent, adeo raros fuiſſe, vt nullus in vnius aut alterius interpretis manus deuenire potuerit.

Quum

Quum tamen complura et in Talmud [i]), et in operibus Hieronymi [k]) reperiantur loca, quae luculenter produnt, Talmudiſtarum, et Hieronymi tempore puncta quaedam vocalia non plane fuiſſe incognita, nihil ſane opinari vetat, iam a ſcriptoribus hebraeis ad determinandam vocum rariorum tum pronunciationem, tum ſignificationem, puncta quaedam vocalia fuiſſe adhibita.

Probabile hoc faciunt *primo* MSS. antiquiſſima arabica, et ſyriaca, in quibus hinc inde puncta vocalia ad determinandam ſignificationem locorum ambiguorum, haud dubie ab ipſis auctoribus adiecta reperiuntur.

Secundo omne apud Orientales olim receptum nobisque notum ſcribendi genus tam originale, quam deriuatum, tria exhibet ſigna vocalia. Sic alphabetum phoenicio-aegyptiacum e mumiarum faſciis deſcriptum, tribus ſignis vocalibus eſt conſpicuum. Totidem exhibet ſyriacum tam illud, quo vtebantur Nabataei, quam illud, quo manuſcripta verſio ſyriaca Ephraemo Syro nota, conſcripta fuit. Syrorum puncta vocalia tum primum ad quinque multiplicabantur quum ſeculo VIII. Theophilus Edeſſenus Homerum in ſyriacum transtulit, nec antiquis punctis vocalibus nomina propria exprimere poſſet, tunc enim quinque Graecorum vocales adhibuit, quae poſtmodum communi vſu in ſyriaſmo ſunt receptae. Probabile vero eſt, Syros ante Ephraemi tempora characteribus, quibus Palmyrenae inſcriptiones, maximam partem ad ſeculum I. referendae, conceptae

 erant,

erant, vſos fuiſſe; qui cum pure hebraei ſint, et noſtris quadratis plurimum analogi; veroſimile ſit characteres quoque quadratos, qui poſt captiuitatem Babylonicam Phoeniciis ſubſtituebantur, tribus duntaxat punctis vocalibus fuiſſe inſtructos.

Arabes quoque quum Muhamedis tempore literas mutuaſſent a Syris, vocalium figuras non niſi tres acceperant, nec iis plures in hanc vſque diem addidere.

Denique veterem ſcripturam hebraeam puncta quaedam vocalia, et quidem tribus non plura habuiſſe ex libro *Cozri* liquet, in quo tres vocales numerantur, videlicet *Komatz*, *Peticha*, *Scheber*.

Conf. Dupuis Diſſert. ſur les Vogelles in Memoir. de l'Academ. des Inſcr Vol. XXXVI. Tychſen über das Alter der hebraeiſchen Puncte, in Repertorio für bibliſche und morgenlaendiſche Literatur. Tom. III. p. 102. Michaelis de Syrorum vocalibus in Ephraemo Comment. Tom, I. p. 167. Eiusdem vermiſchte Schriften 2. Theil p. 1. Robertſon clauis Pentateuchi diſſert. de genuina punct. hebr. antiq. Edinb. 1770 4. Eichhorn Einleitung in das alte Teſtament, Tom. I. §. 68.

i) Tract. Nedarim. 53, 1 lin. 37, ibid. 37, 2 lin. 18 etc. k) Comment. Ieſai V, 9. ibid. XXX, 26. Quaeſt. in Geneſ. XXVI.

§. XXXII.

Tria haec puncta vocalia omni Orientis ſcribendi generi, atque adeo probabiliter etiam hebraico communia, inſufficientia videbantur tum, quum emortuae linguae hebraeae reliquias colligere ſatagerent Academiae Tiberien-

berienſis Doctores maſorethae dicti: tria ergo puncta vocalia *Komatz*, *Scheber*, *Peticha*, iam ante ſeculum VII. cognita, ſeculo VII. in tres claſſes punctorum vocalium conuertebantur, in quas ad normam ſeptem vocalium Graecorum, ſeptem puncta vocalia diſtributa ſunt, quae poſt ſeculum VII. duobus amplius punctis augebantur.

Tres hae vocalium claſſes in libris *Cozri* citatae, ita ordinabantur, vt

Komatz complecteretur	Kametz - -	*o*
	Cholem - -	*ω*
	Schureck - -	*υ*
Peticha - - - - -	Patach - -	*α*
	Saegol - -	*ε*
Scheber - - - - -	Chirek - -	*ι*
	Tzere - -	*η*

Poſt ſeculum VII. introducto hodiernae punctationis ſyſtemate, eadem figura Kametz (ָ) nedum pro *o*, verum etiam pro *a* longo adhibebatur, et noua figura Kibbutz (ֻ) pro vacali *u* tunc ponebatur, quando Vav, fulcrum puncti Schureck exciderat. Ex his iuxta Grammatica

Puncta vocalia ſunt:

longa			*breuia*		
Kametz	בָ	*ba*	Patach	בַ	*ba*
Tzere	בֵ	*be*	Saegol	בֶ	*be*
Chirek	בִי	*bi*	Chireck	בִ	*bi*
Cholem	בוֹ	*bo*	Kametz catuph	בָ	*bo*
Schureck	בוּ	*bu*	Kibbutz	בֻ	*bu*

D 4 Quum

Quum Kametz a Kametz catuph figura non differat, obſeruandum eſt: Kametz vt *o* legi, ſi ſyllaba conſonante terminetur, et omni accentu careat e. g. Hag. c. I. v. 6 לְ-שָׁכְ-רָה leg. *le-ſchok-ra* non *leſchakra.*

Ad diuiſionem punctorum vocalium in longa et breuia Grammatici Rabbini haud dubie exemplo Graecorum ſuas vocales itidem in longas et breues diſtribuentium inducti fuerunt, repugnantibus licet *Grammaticae vniuerſalis* principiis, quae docent oris diductionem, aeriſque protruſionem, per quam ſoni vocales naſcuntur, ad ſonorum quantitatem omnino eſſe indifferentem.

Conf. Mem. de l'Acad. Vol. XIII. p. 491; Vol. XIX. p. 229. Lud. Capelli Arcan. punctationis reuelatum L. I. c. 13.

§. XXXIII.

Ex literis et punctis apud Hebraeos exoriuntur *ſyllabae*, ſeu modificationes vocalium per conſonantes factae, quae completae ſunt, et ſyllabam perfectam conſtituunt, quum conſonans ſonum vocalem et intonat, et terminet; e. g. כַּף K*a*ph incompletae vero, quum conſonans ſonum vocalem initio duntaxat, non item in fine modificat, ex quo ſyllabam imperfectam naſci neceſſe eſt, e. g. בָּא b*a*. Illam Grammatici *compoſitam;* hanc *ſimplicem* dicunt.

Conf.

Conf. Encycloped. ſub voce *Conſonans*. Lamy Rhet. Lib. III, 3. Harduin diſſertat. ſur les vogell. et les Conſon.

§. XXXIV.

Si omnes vocis ſyllabae aequali pronuncientur tono, ingrata auribus monotonia oritur, ad quam euitandam Euphoniae non parum ſtudioſi orientales, in quaque voce ſyllabam vnam prae reliquis in pronunciatione protrahunt, quae tonica vocatur, et apud Hebraeos communiter vltima eſt.

§. XXXV.

Quum quantitas ſyllabarum nihil aliud ſit, quam mora determinata in pronunciatione ſoni vocalis obſeruanda, de terminatam vero moram ſolum vocalis plene modificata admittat; planum eſt, omnem ſyllabam compoſitam (§. XXXIII.) tonum ſuſcipere poſſe; ſyllabam vero ſimplicem, quae ſoni vocalis incompleta modificatio eſt, nullam ex ſua natura habere quantitatem, quamuis recepto orientalium more ordinarie prolongetur.

Syllabam ſimplicem ſeu in vocalem terminatam, ideo apud Orientales prolongari puto, quia rapida eorum pronunciatione facile fieret, vt retracta conſonante ad praecedentem ſyllabam correptam, ſe-

quens a vocali inciperet, e. g. שָׁמַי ם *schăm-ăj-im* loco שָׁמַיִם *schā-mā-jim.*

§. XXXVI.

Quandoquidem tonus regulariter vltimam occupat ſyllabam; voce in fine creſcente, tonus ad illud incrementum deſcendit, et ſyllabae praecedentes abiectis punctis vocalibus, quae abiici poſſunt, abbreuiantur. Excipiuntur tamen caſus quidam tam in verbis quam in nominibus; vbi in illis non obſtante incremento finali tonus in penultima remanet, haec vero ex ſua forma penultimam acuunt.

Quando in verbis tonus ad incrementum non cadit, inferius dicendi locus erit, vbi de verbis tractabitur. Nomina in penultima tonum ſeruant, ſi in vltima ſyllaba vel Saegol aut huius loco Patach, vel Schureck reperiatur, e. g. מֶלֶךְ *rex*, קֹדֶשׁ *ſanctitas*, תֹּהוּ *informe*, זֶבַח *ſacrificium.* Penultimam quoque acuunt, quae in duo Patach terminantur, vel ante vltimam vocis conſonantem habent ִ ַ e. g. נַחַל *fluvius*, זַיִת *olea.*

§. XXXVII.

Emortua lingua hebraea recentiores Iudaei varia adoptarunt ſigna, quae in quaque voce ſyllabam tonicam determinarent. Signa haec

haec ſunt *Makkeph*, *Metheg* et accentus tonici, qui quidem olim notae erant muſicae, hodie vero praeterquam, quod ſyllabam tonicam indicent, diſtinctionem quoque et vocum coniunctionem oſtendunt.

Makkeph dicitur linea, quae interdum inter duas voces ſcribitur, ad indicandum, voces illas in pronunciatione ita iungendas eſſe, vt vox praecedens absque vllo plane tono pronuncietur, communiter vero inter voces, quarum prior, vel vtraque eſt monoſyllaba, intercedit, e. g. Hag. cap. I. v. עֶת־בֹּא עֶת־בֵּית lege *Etbo etbet.*

Metheg: lineola recta eſt, literae ad latus puncti vocalis ſubſcripta: indicat ſyllabam alias breuem, Euphoniae cauſa, ob quod etiam accentus euphonicus dicitur, producendam eſſe, e. g. וַיְצַחֵק *Vajjēhheſak.* Locus Metheg ordinarie eſt prima vocis ſyllaba.

Accentus ſeu veterum Hebraeorum notae muſicae, bifariam diuiduntur in disiunctiuos et coniunctiuos, quorum alii libris tantum proſaicis, alii libris duntaxat metricis proprii, alii vtrisque ſunt communes.

Libris proſaicis proprii.

Disiunctiui.

א֒	Saegolta,	*vna.*
א֔	Sakeph gadol,	*erectio maior.*
א֔	Sakeph katon,	*erectio minor.*
א֖	Tiphka,	*palma.*
א֮	Sarka,	*ſparſio.*

א֙ Paſchta,

א֙ Paſchta,	*extenſio.*
א֚ Ietibh,	*ſedens.*
א֛ Tbhir,	*fractus.*
א֡ Paſer,	*ſparſus.*
א֟ Karne-phara,	*cornua vaccae.*
א֠ Tliſchagdola,	*euulſum maius.*
א֜ Gereſch,	*expulſio.*
א֞ Graſchajim,	*expulſio gemina.*
א׀ Pſik,	*inciſio.*

Coniunctiui.

א֦ Merca kephula,	*prolongatio gemina.*
א֧ Darga,	*gradus.*
א֩ Tliſchaktanna,	*euulſum minus.*

Libris metricis proprii.

Disiunctiui.

א֥֫ Merca-mahpach,	*prolongatio inuerſa.*
א֗֜ Rebhia-gereſch,	*cubans expulſio.*
א֓׀ Pſik Schalſchelet,	*inciſio catenae.*
א֮ Sarka finalis.	
א֖ Tiphka praepoſitus.	
א֡ Paſer.	
א֨׀ Pſik kadma,	*inciſio antecedens.*
א֤׀ Pſik Mahpach,	*inciſio inuerſa.*

Coniunctiui.

א֝ Munach ſuperior,	*ſpatium patens.*
א֭ Tiphka poſtpoſitus.	
א֘ Sarka.	

Vtriſque

Vtrisque communes.

Disiunctiui.

:אָ	Silluk et Soph pasuk,	*finis versus.*
אָ	Athnach,	*respiratio.*
אָ	Schalschelet,	*catena.*
אָ	Rebhia,	*cubans.*

Coniunctiui.

אָ	Munach,	*spatium.*
אָ	Mahpach,	*inuersus.*
אָ	Merca,	*prolongatus.*
אָ	Ierach,	*luna.*
אָ	Kadma,	*antecedens.*

Quum *Paschta* et *Kadma* figura non distinguantur, illud inter eos obseruandum est discrimen: quod *Paschta* semper in vltima scribatur litera, non item *Kadma.* Inter *Ietibh* et *Mahpach* illud discrimen interest, quod Ietibh ante primam vocis literam et quidem ante punctum vocale, Mahpach semper post vocalem scribatur.

Conf. Eichhorn Einleitung in das alte Testam. Tom. I. §. 71, et si Grammaticorum circa accentus dogmata nosse velis. Simonis Introduct. Gram. crit. in ling. hebr. Sect. II. §. XXXIV & seq.

§. XXXVIII.

Ab accentibus ad reliqua signa orthographica recentiorum Hebraeorum progredimur. Quamuis in punctatis codicibus litera puncto vocali destituta non esset legenda, quum

quum tamen in medio, ſaepe etiam initio vocis litera ſiue propria vocali pronuncietur, eidem ſubſcribuntur duo puncta (בְ), quae oſtendant literam, cui ſubſcribuntur, vocali deſtitutam et cum ſequente aut praecedente conſonante eſſe legendam. E. gr. דְבָר lege *dbar*, duo haec puncta dicuntur: *Schua*, *ſimplex vinculum* conſonantum.

§. XXXIX.

Quaeuis itaque litera vocali deſtituta, in principio vel medio vocis habet *Schua*, quod in vltima vocis litera intelligitur, niſi penultimae quoque literae ſit ſubſcriptum aut vox in literam ך terminetur.

E. g. מְשַׁלֵּחְ loco מְשַׁלֵּח, יֵלֵךְ loco יֵלֵך.

§. XL.

Quum Schua ſignum ſit puncti, atque adeo etiam ſoni vocalis abſentis; nullum Schua proprie mobile dici poteſt. Quum tamen frequentius duae conſonantes concurrant, quae ſine intermedio quodam ſono vocali nullatenus efferri poſſunt, tali in caſu literae Schuate ſignatae, ſubiicitur ſonus breviſſimus *e*.

E. gr.

E. gr. לְמֶלֶךְ lege *lemelek*, וְדָבָר lege *Vedabar*, מְכַבֵּד lege *Mekabed*. Eadem ratione Schua legitur in media voce, si litera geminetur, e. g. פִּקְדוּ lege *Pik-kedu*.

§. XLI.

Linguarum Euphoniae repugnat, si plures consonantes ad vnam referantur syllabam, quod in Hebraea fieri necesse est, si duae literae sibi inuicem contiguae, signo Schua notentur: vnde si initio vocis duo Schuaim concurrant; primum mutatur in punctum vocale.

Si litera prima prius habuit Saegol, abiecto Schua ponitur Patach, e. g. ex רֶגֶל fit רְגְלֵי hinc רַגְלֵי.

Si prius habuit Tzere, loco Schua ponitur Saegol, e. g. עֵגֶל fit עֶגְלֵי.

Si prius habuit Cholem, primum Schua mutatur in Kametz Catuph, vel Kibbutz, e. g. קֹדֶשׁ fit קָדְשֵׁי, ex חוֹק fit חֻקִּים.

Alias Schua primo obiecto, litera adsumit Chirek, e. g. ex פָּקַד fit נְפְקַד hinc נִפְקַד.

Si tria Schuajim, consequenter tres literae vocali carentes concurrant, litera, quae prius punctum vocale habuit, illud retinet, e. gr. ex פְּקַד fit הְפְּקַד hinc הָפְּקַד.

§. XLII.

§. XLII.

De natura literarum gutturalium eſt, vt pronunciatio earum ingratam quandam habeat aſperitatem atque difficultatem, quae per Schua ſimplex, literas vocali deſtitutas cum ſequenti litera ſono coniungendas oſtendens augeretur: quare vt pronunciatio earum reddatur facilior, ſub literis gutturalibus puncto vocali carentibus initio vocis, ſubinde etiam in media voce ad Schua ſimplex additur punctum vocale, quod cum eo *Schua compoſitum* conſtituit. Si litera gutturalis vocem terminet, ob eandem rationem taciti Schua loco, ſubſcribitur Patach, quod propter pronunciationem ſurreptitiam, *Gnuba* ſeu furtiuum dicitur.

Talia Schuajim compoſita ſunt tria, nempe:

Cateph patach	ֲ	ă	מַאֲכָל
Cateph Saegol	ֱ	ĕ	אֱנֹשׁ
Cateph Kametz	ֳ	ŏ	אָהֳלִי

Patach Gnuba ſeu furtiuum, tantum literae ה, ח, ע, vocem terminantes recipiunt, e. g. אֱלֹהַּ lege *Eloăh* non *Eloha*, רוּחַ lege *Ruăch*, שָׁבוּעַ *Schabuă.*

Quum iſta Schuajim compoſita et Patach furtiuum natura cum Schua ſimplici conueniant, per ſe clarum eſt, eas inter veras vocales cenſeri omnino non poſſe, vnde etiam ad conſtituendas ſyllabas nullatenus ſufficere.

Si

Si duorum Schuajim concurrentium primum ſit compoſitum, illud amittit Schua ſimplex, e. g. ex חֲכָם fit חֲכְמֵי hinc חַכְמֵי. Si poſterius ſit compoſitum, praecedentis Schua ſimplicis loco ponitur illud punctum vocale, ex quo Schua ſequens componitur, et additur *Metheg*, exempl. gr. loco בְּחֳרֵי fit בָּחֳרֵי.

§. XLIII.

Quamquam omnes viginti duae Hebraeorum literae conſonantes ſint; atque adeo proprio ſuo ſono pronunciandae; ſunt tamen aliquae, quae in quibusdam caſibus vel plane non efferuntur, vel quarum pronunciatio ad praecedens punctum vocale recidit, priores dicuntur *otiantes*; poſteriores *quieſcentes*.

Litera, quae in vocis pronunciatione non auditur, et otians dicitur, ad conſeruandam tantum vocis analogiam ſcribitur. Quo in caſu I. omni puncto vocali, vti non minus abſentis puncti vocalis ſigno Schua carere debet. II. literam otiantem vel litera cum Schua; e. g. וַיִּרְא, vel litera quieſcens; e. g. הֲבִיאֹת, vel vocalis, in qua litera otians quieſcere nequit, praecedat oportet, e. g. לַיהוָה lege *Iahova*, אֵלָיו lege *elav*, non *elaiv*.

Literae, quarum pronunciatio non raro ad praecedens punctum vocale recidit, quaeque in praecedenti puncto quieſcere dicuntur, ſunt: א, ה, ו, et

in fine vocis ה. Ex quibus א quiescit in praecedente Kamez, Patach, Tzere, Saegol, Cholem, Kibbuz, e. g. מָצָא, מוֹצֵא, הַמְּצֵאנָה, תֹּאכַל, לֻא 2 Sam. XVIII, 12.

Vav in Cholem, Schurek et Kibbutz, demto casu, quo infra se punctum vocale habeat adscriptum, e. g. קוּם, מָרוֹם, sed יְהוָֹה lege Iehovah; וַיָּקֻם.

Iod in Chirek, Tzere, Saegol, e. gr. גָּלִיתָ, תְּגַלֶּינָה, נִגְלֵית.

He praecedente Kamez, Patach, Tzere, Saegol, Cholem, e. g. כֹּה־זֶה־קְוֵה־מַה־בָּנָה. In iis vocibus, quae pro tertia radicali in omnibus orientis dialectis habent ה, vltima He non quiescit, sed inscripto eidem, puncto quod *mappik* seu *producens* dicitur, pronunciatur, e. g. גָּבַהּ lege *gabah;* fit hoc etiam in affixo pronomine tertiae personae femininae, e. g. דְּבָרָהּ *sermo eius.*

Ex hucusque dictis facile iam regulae de quantitate punctorum vocalium innotescunt.

Reiecta ergo Grammaticorum diuisione in longa et breuia (§. XXXII.) I. quantitas punctorum vocalium ex positione diiudicanda est. Longum ergo est punctum,

II. Si sit in syllaba composita (§. XXXV.) quae accentu notata est (§. XXXVII.)

III. Si sit in syllaba simplici, (§. XXX.)

IV. Si litera quiescens in eo quiescat, quod analogia quoque dialecti Arabicae confirmat.

§. XLIV.

§. XLIV.

Contingit frequenter, vt litera conſonans vel in compenſationem praecedentis conſonantis abiectae; vel ad indicandum characterem formae coniugationis; vel denique Euphoniae cauſa geminetur; quae geminatio non fit repetita literae ſcriptione, ſed puncto, medio literae geminandae inſerto, quod *Dageſch forte* nuncupatur. Idem punctum literis duplicis ſoni, lenis videlicet et aſpirati capacibus בגדכפת inſertum ad tollendam aſpirationem inſcribitur, et ad diſtinctionem a Dageſch forti, Dageſch lene appellatur.

Dageſch forte compenſatiuum potiſſimum ibi occurrit, vbi litera Nun abiicitur; tunc enim ſequens litera geminatur, e. gr. ex כָּבַר fit נִכְבַּר, hinc הִנְכָּבֵר, ex quo tandem הִכָּבֵר. Ex נָבַט fit הִנְבַּט, hinc הִבְבַּט; inde הִבַּט. Interdum Dageſch etiam literam eiusdem organi abiectam compenſat, e. g. הִדַּמֵּם pro הִתְדַּמְמֵם Huius compenſatiui Dageſch ſpecimina etiam lingua latina exhibet; legitur enim loco *conligo*, colligo; loco *adcedo*, accedo; loco *ſubfero*, ſuffero, etc.

Quum litterae gutturales et earum aemula Reſch aſperrimam habeant pronunciationem, quae aſperitas per Dageſch forte duplicaretur: literae vero quieſcentes plane non pronuncientur; conſequens

 eſt,

eſt, neque litteras gutturales, neque quieſcentes Dageſch forte recipere.

Quum Dageſch forte literam geminet, ſemper cum praecedente conſonante et puncto vocali ſyllabam compoſitam conſtituit, atque adeo literam geminatam ſemper punctum vocale praecedit, per quod Dageſch forte a leni, quod in litteris aſſignatis tantum poſt conſonantem vocali deſtitutam locum habet, diſtinguitur.

Prima vocis litera raro Dageſch forte recipit, niſi praecedens vox in vocalem deſinat, tunc vero vna e literis geminatis ad praecedentem vocem refertur, e. g. הִרְחַבְתָּ־לִּי lege *Hirchabhtal-li.*

CAPVT II.

De uerbo regulari.

§. XLV.

Ex ſyllabis componuntur voces. Vox vel ſolum ſubiectum propoſitionis, vel ſolum praedicatum indicat: et tunc dicitur *nomen;* vel diuerſam rationem ſubiecti ad praedicatum, et praedicati ad ſubiectum oſtendit: et dicitur *particula;* vel exprimit praedicatum et copulam affirmatiuam ſeu quantitatem, actionem, aut paſſionem ad certum ſubiectum

ctum restringit, et dicitur *verbum*; quod vel *actiuum* est, si qualitatem aut actionem ad agentem, vel *passiuum*, si actionem ad patientem referat.

§. XLVI.

Verbum actiuum vel *transitiuum* est, si actionem a subiecto agente in aliud obiectum transeuntem significet, e. g. לָבַשׁ *texit*, vel *intransitiuum*, cuius actio subsistit in subiecto agente, nec transit in illud; et est vel *actionis intransitiuae*; e. g. הָלַךְ *abiit*, vel *passionis*; e. g. גָּעַשׁ *concussus fuit*, vel *qualitatis*; e. g. כָּמַר *niger fuit*, vel *status*; e. g. מָלַךְ *rex fuit*.

Conf. Simonis Arcan. form. P. I. Sect. I. §. 7 et seq.

§. XLVII.

Quum orientales omnia tum nomina tum particulas deriuent a verbo; verbum in forma sua primitiua ante omnem adhuc mutationem relate ad significationem, tempus, personam, genus, et numerum, *radicem* seu *thema* constituit, quae regulariter tribus *literis radicalibus* absoluitur, et in quauis voce deriuata abiectis *seruilibus literis* facile innotescit.

Verbi tertia perſona, generis maſculini, numeri ſingularis, formae primae, *Kal* dictae, omnes tres literas radicales exhibet, e. g. דָּרַךְ *preſſit*, *calcauit*. Ad huius ſignificationem diuerſa ratione variandam literae quaedam voci vel praefiguntur, vel ſuffiguntur, et hae literae dicuntur *ſeruiles;* ſuntque ſequentes: מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵתָן; quaedam ex his initio vocis duntaxat; vt: כלבש; aliae ab initio et a fine vocis; vt: מהכואיתן, alia in media voce; vt: וי ſeruiunt. Si ergo vocis pluriliterae radix, ſeu quod idem eſt, tertia perſona, gen. maſc. num. ſing. formae prim. Kal quaeritur; abiiciantur literae ſeruiles et remanentes radicem conſtituunt, e. g. vocis מִתְפַּשְּׁטִים *exuentes ſe* abiectae ſeruiles מת – – – י ם, radicem פשט *exuit*, *detraxit*, indicant.

Quamuis hic tertia perſona verbi pro radice adſtruatur, non male tamen philoſophari illi mihi videntur, qui cum *Leibnitzio* generalem vocabulorum omnium radicem verbi imperatiuum ſtatuunt. Primarius enim et maxime naturalis verborum vſus eſt, qui in imperio actionis verſatur, praeterea imperatiuus in omnibus fere linguis eſt monoſyllabus, et communiter nudam tantum ſyllabam radicalem, nullis adhuc acceſſionibus alteratam exhibet. Interim cedendum eſt communi grammaticorum mori, quum ad eum Lexica quoque noſtra tertiam verbi perſonam, formae prim. Kal pro radice aſſignantia ſint accommodata.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Subiectum, ad quod verbum reſtringit praedicatum, vel eſt ipſe loquens, vnde *prima;* vel eſt alter, ad quem ſermo dirigitur, vnde *ſecunda;* vel denique is, de quo ſermo fit et hinc *tertia* perſona verbi oritur. Quum itaque permutationem verbi, ſubiectum praedicati indicetur; in coniugando perſona prima, ſecunda, et tertia deprehenditur.

§. LXIX.

Subiectum verbi orientales vel vt maſculinum, vel vt femininum concipiunt. Hinc in perſonis verborum genus maſculinum et femininum, demta tertia perſona num. plural. aoriſti primi et prima perſona vtriuſque numeri, quae ſemper generis communis eſt. Quum ſimul verbum vel de vno, vel de pluribus ſubiectis praedicatum affirmet; duplex quoque in flexione verbi numerus, ſingularis videlicet et pluralis, vſu eſt receptus.

§. L.

Quum linguae orientales potiſſimum per poeſin formatae ſint, poetis vero ſubiecti actio, paſſio, qualitas et ſtatus iam praeſens, iam praeterita, iam futura ſit, prout nempe

 viuidiſ-

viuidiſſima eorum phantaſia obiecta percipit: orientalium duo tempora indeterminata ſunt, vnde recte Aoriſti dicuntur [a]. Duo haec tempora ſub vna eademque forma et indicatiui modi et ſubiunctiui ſignificationem accipiunt. Poſitiuam iuſſionem Imperatiuus exprimit, quo formae paſſiuae demta ſecunda Niphal carent, quum nemini paſſio commode imperari poſſit. Iuſſio negatiua per Aoriſtum ſecundum et particulam negatiuam circumſcribitur.

a) Aoriſt. I. ſeu praeteritum in *ſignificatione praeſentis*, e. g. Geneſ. IV, 1 קָנִיתִי *poſſedi virum per Iehouam*; i. e. *poſſideo*; 2 Sam. I, 5 *quomodo* יָדַעְתָּ *ſciuiſti*, *mortuum eſſe Saulem?* i. e. *ſcis*.

In *ſignificatione futuri*, e. g. 1 Sam. II, 31 *ecce dies venturi ſunt et* וְגָדַעְתִּי *ſuccidi*, i. e. *ſuccidam*.

Aoriſt. II. ſeu futurum in *ſignificatione praeteriti*, e. gr. Iud. II, 1 אַעֲלֶה *educam vos ex Aegypto*, et וָאָבִיא *introducam vos in hanc terram*, i. e. *eduxi*, *introduxi*. Conf. *Michaelis in nota LXXIV. ad Lowth de S. poeſi Hebr. p.* 285, et *Glaſsii Philolog. S. Tom. I. Lib. I. Tract. III. obſeruationem Clar. Aug. Dathe pag.* 295.

Singula tempora formantur a radice addendo terminationes perſonales, mutando puncta, praefigendo literas characteriſticas temporis ſeu praeformantes, quibus Aoriſtus I. et Imperatiuus caret.

Termina-

Terminationes perſonales Aoriſti I. ſunt:

	Numer. Singul.			*Numer. Plural.*	
3	M. quum ſit radix, caret.		3	Com.	וּ — — —
	Foem.	ָה — — —			
2	Maſc.	תָּ — — —	2	Maſc.	תֶּם — — —
	Foem.	תְּ — — —		Foem.	תֶּן — — —
1	Com.	תִּי — — —	1	Com.	נָה — — —

Terminationes perſonales Aoriſti II. et Imperatiui.

	Singularis			*Pluralis*	
1	Com.	— — —	1	Com.	— — —
2	Maſc.	— — —	2	Maſc.	וּ — — —
	Foem.	ִי — — —		Foem.	נָה — — —
3	Maſc.	— — —	3	Maſc.	וּ — — —
	Foem.	— — —		Foem.	נָה — — —

Praeformantes Aoriſti II.

1	Com.	— — — אְ	*in Plurali* — — — נְ
2	Maſc.	— — — תְ	
	Foem.	— — — תְ	
3	Maſc.	— — — יְ	
	Foem.	— — — תְ	

Ordinarium punctum praeformatiuum eſt Schua, quod in concurſu cum Schua primae radicalis, in forma *Kal*, *Niphal* et *Hitpael* mutatur in Chirek, in forma *Hiphil* in Patach, in forma *Hophal* in Kametz catuph.

Quomodo tempora punctorum mutatione formentur, optime ex paradigmate patebit. Quamuis per terminationes perſonales vox a fine creſcat, tonus

tamen non vbique ad incrementum perſonale deſcendit, ſed in ſecunda maſculina et foeminina, numeri ſingularis, item in prima communi vtriusque numeri, Aoriſti primi et in ſecunda et tertia foeminina, numeri pluralis, Aoriſti ſecundi in penultima remanet.

§. LI.

Ex quauis coniugationis hebraicae forma duo; ex forma Kal tria formari poſſunt nomina verbalia, quae cum caſu ſui verbi conſtrui poſſunt. Horum vnum eſt ſubſtantivum, quod verbi ſignificationem absque vllo reſpectu ad ſubiectum exprimit, et *Infinitivus* vocatur. Alterum eſt Adiectiuum, quod ſubiectum ita qualificatum vel ita agens aut patiens oſtendit, prout verbi ſignificatio indicat et vocatur *Participium*.

Copioſiſſima ſunt per tota Biblia Infinitiui et Participii pro nomine poſiti exempla, Gen. XXXII, 25 *Luctatus eſt cum eo vir quidam vſque ad aſcendere auroram*, 2 Reg. XIX, 27 *Et ſedere tuum, et egredi tuum, et venire tuum ſcio et furere tuum contra me*, Plura ap. Glaſſ. Philolog. S. T. I. Tract. III. p. 292 et 341 Lipſiae 1776.

Forma prima Kal duo habet Participia, Praeſens, et Praeteritum, quo aliae formae carent. Participia haec frequentiſſimae in oratione defectum verbi ſupplent expreſſo vel ſubintellecto pronomine perſonali, quod

quod tum vicem verbi ſubſtantiui ſubit, e. g. Exodus XXIII, 19. *Ecce ego* שֹׁלֵחַ *mittens Angelum ante te*, *mitto.* Hagg. II, 6 *et ego* מַרְעִישׁ *commouens coelum et terram*, i. e. *commouebo.*

Character ſeu praeformans litera Participii eſt מ, exceptis formis *Kal* et *Niphal.*

§. LII.

Significatio verbi hebraici per ſolam punctorum mutationem, et additionem literarum, quae *praeformantes* formae dicuntur ad minimum ſepties variari poteſt. Hinc vnius coniugationis ſeptem formae; quae propriis ſuis characteribus, et ſignificatione a ſe inuicem diſtinguuntur.

Quum Orientales vnum idemque verbum ſub alia tantum ſignificatione per plures formas flectant, recte vnica duntaxat coniugatio per plures variata formas in linguis orientalibus adſtruitur. Septem Hebraeorum formae ſunt: I. Kal vel Paal, II. Niphal, III. Piel, IV. Pyal, V. Hiphil, VI. Hophal, VII. Hitpael, quae nomina Grammatici Iudaei vna cum paradigmate coniugationis verbi פָּעַל ab Arabibus in ſuam grammaticam transtulerunt. Apud Arabes quidem verbum فَعَلَ non male in coniugationis paradigma aſſumitur, quum Arabum Aiin Dageſch forte ſeu *Teſchdid* admittat, ſecus vero apud Hebraeos, quorum gutturales numquam geminari poſſunt.

§. LIII.

§. LIII.

Forma prima *Kal*, quum ſit ipſa radix, omni formae charactere caret, ſignificationem habet actiuam vel tranſitiuam, vel intranſitiuam (§. XLVI.); continet notionem radicalem, ad quam dein diuerſae ſignificationes ſecundariae, ſeu deriuatae accedunt. Notio radicalis communiter actionem phyſicam, et in ſenſus incurrentem notat, quum e contra eae verborum notiones, quae res morales et abſtractas ſignificant, ſecundariae potius ſunt et deriuatae. Notio tum primaria, tum deriuatae, ex comparatione locorum biblicorum, ex collatione veterum verſionum, ex collatione dialectorum hebraeae cognatarum eſt determinanda.

Notio radicalis verbi illa eſt, ex qua omnes aliae notiones deſcendunt; argumentum itaque detectae verae notionis radicalis eſt: ſi inter illam et notiones deriuatas analogia quaedam intercedat, quae vt deprehendatur facilius, noſcendi ſunt omnes modi, quibus intellectus humanus in notionibus ſecundariis a primaria et radicali deriuandis dirigitur. Modos hos indicaſſe ſolum hoc loco ſufficiet, penitius enim diſcutere Etymologiae et Criticae philologicae proprium eſt.

Ante

Ante omnia ergo obſeruandum, radicum duas eſſe ſpecies, aliae dicuntur abſolute propriae et primitiuae, aliae impropriae et ſecundariae. Illae ſunt ſoni ſimplices independentes ab omni conuentione arbitraria, facti ad exprimenda per imitationem, obiecta phyſica. Hae ſunt voces formatae, quarum quidem origo primaria vel interiit, vel neglecta iacet, a quibus tamen omnium deriuatorum tum forma, tum ſignificatio deducitur. A radicibus propriis et primitiuis formantur deriuata ſola *literarum vel permutatione*, vel *additione*, retento ſemper ſono radicali et originario. A radicibus vero impropriis; radicalis ſignificationis mutatione, quae fit per Metaphoram, Metonymiam, Synecdochen, extenſionem, comparationem, approximationem, oppoſitionem. Vtriuſque ſpeciei radicum et deriuatorum videamus exempla:

Radix abſoluta omnium vocabulorum, quae notionem ſecandi et caedendi reſpiciunt, ſunt ſimplices ſoni

קַר, בַּר vel גַּר, et בַּז vel גַּז, קַז.

hinc in

Hebraea,	*Chaldaea,*	*Arabica,*
גוז ſecare,euellere.	גרד ſuccidit.	جثّ ſecuit.
גזז auulſit,reſecuit.	גזא dolauit.	جدّ ſecuit.
גזל rapuit.	גזם abſcidit.	جدر ſecuit.
גזר ſecuit.		جذب ſecuit.
גדר ſepiuit.		جذل incidit.
כסח excidit.		قتر ſecuit.
כסם totondit.		
קחש contudit.		

Hebraea,

Hebraea,	*Syriaca,*	*Arabica,*
קטל occidit.	ܩܕ abſcidit.	قدح perforauit.
קטף decerpſit.	ܩܛܠ truncauit.	قصب ſecuit.
קסם ſecuit.	ܩܛܡ momordit.	قصل ſecuit.
קצף rupit.	ܩܨܨ ſcidit.	قصم fregit.
קצע amputauit.		كدح ſcalpſit.
קצר truncauit.		كسر fregit.

Sic plurimorum vocabulorum *occultationem* et *collectionem* notantium radix abſoluta eſt. Sonus גן, כן, קן, *humilitatem* et *depreſſionem* ſignificantium; ſonus רן, טן, חן, *altitudinem* deſignantium; ſonus גב-ף, כב-ף, קב-ף, etc. etc.

In exemplum *radicis impropriae* aſſumamus verbum:

עלם, علم

primariam et radicalem notionem dat dialectus arabica:

I. *Signo impreſſo notauit.*

Ex hac deducunt Arabes *ſignum*, in ſpecie per approximationem اعلام *vexillum*, et عَلَمٌ *ſignum limitaneum*, item per extenſionem et comparationem *montes*, qui viam ſignant in deſerto: hinc per metaphoram *principes;* per extenſionem مَعْلَمٌ *veſtigium*, ex quo aliquid noſcitur; in ſpecie *ſignum viae*, quo quis in via dirigitur, inde per metaphoram *lex*, *praeceptum.*

II. עלם, علم

obſignauit aures, *vel oculos neglexit.*

Notio haec Hebraeis propria eſt, per comparationem a primitiua deducta.

III. עלם,

III. עלם, علم

signo clausit,

hinc Hebraei: עַלְמָה *virgo*.

עלם		علم
IV. *Occultauit:* hinc V. *Ignorauit*, H. et Ar. *seculum, aeternitas*, hinc Arabes per Met. *mundus*, *Creaturae*.	et per comparationem cum typis qui per annulam in cera fiunt.	V. *Signis rerum notatus fuit.* V. *Sciuit.* Specialiter stylo Corani. VI. *Experientia sciuit.* i. e. *malum passus est.* VII. *Didicit.* VIII. *Docuit.*

Quisque iam facile videt, omnes has quantumuis inter se diuersas notiones deriuatas, a primitiua *signo impresso notauit* lucem suam ac robur accipere, hac vero ignorata omnes euadere ambiguas, immo etiam externa facie contrarias. Sic fere semper ignoratis notionibus radicalibus non tantum ipsa linguae venustas non percipitur, verum etiam eiusdem verbi diuersa constructio implexa, et notiones quoque secundariae incerta euadant.

Conf. Schultens. Orig. Hebr. Lib. I. cap. 6 et Part. II. cap. III.

§. LIV.

Formae *Kal* passiuum est, forma secunda *Niphal*, cuius character est litera *Nun* ante primam radicalem [m]). Quum plura verba

verba actiua paſſiuo careant; forma Niphal actionem quoque reciprocam [c], item actionem auctam [d], et coactam [e] ſignificat. Si forma *Kal* ſignificationem intranſitiuam habeat, *Niphal* iuſſionem, vel permiſſionem paſſionis ſignificat [f].

b) Ex קָטַל fit נִקְטַל, hinc iuxta §. XLI. נִקְטַל. In Aoriſt. II. praeformans formae concurrit cum praeformantibus temporis, hae ergo Euphoniae cauſa praeformantem formae, retento eius puncto elidunt, vel prima radicalis per Dageſch forte geminatur, e. gr. נִקְטַל, hinc הִנְקָטֵל, vnde הִקָּטֵל.

c) E. gr. ex שָׁמַר *ſeruauit*, *obſeruauit*, *cuſtodiuit*. נִשְׁמַר *cauit ſibi*. קָרַב *appropinquauit*, נִקְרַב *ſiſtere ſe.*

d) E. gr. נִדְבַּר *colloqui*, *multum loqui.*

e) Ezech. XIV. 4 נַעֲנֵיתִי *coactus reſpondebo.*

f) נִזְכַּר *commemoratus eſt*, i. e. *admonebatur.* נִשְׁבַּע *adiuratus eſt*, i. e. *factus eſt iurare.*

§. LV.

Tertia forma eſt *Piel*, character eius eſt Dageſch forte in ſecunda radicali [g]. Actiuam formae Kal ſignificationem intendit et auget [h]; intranſitiuam mutat in tranſitiuam [i]. Si ex forma Kal deriuetur nomen qualitatis, et ex nomine formetur Piel; qualitatis

litatis priuationem significat [k]. Formae *Piel* passiuum est *Pyal*, eodem, quo Piel, charactere distinctum, significat passionem intensam et continuatam [l].

g) E. g. קָטַל, Piel קִטֵּל. Conf. §. XVIII.

h) E. gr. רָדַף *persecutus est*, רִדֵּף *acriter persecutus est*, שָׁבַר *fregit*, שִׁבֵּר. Si media radicalis sit litera gutturalis, quae duplicari nequit; punctum Chireck sub prima radicali mutatur in Tzere et in Aoristo II. Patach in Kametz, e. g. יֵרֵשׁ loco יִרֵּשׁ, רֵחַם loco רִחַם. Saepe tamen et Chireck et Patach retinetur.

i) E. g. in Kal לָמַד *didicit;* in Piel לִמֵּד *docuit*, גָּדַל *magnus fuit*, *creuit*, גִּדֵּל *magnificauit.*

k) E. g. ex חָטָא *peccauit*, חֵטְא *peccatum*; hinc חִטֵּא *expiauit.*

l) E. g. ex קָטַל, קֻטַּל *violenter occisus est.*

In formis *Piel*, *Pyal* et *Hithpael* non raro occurrunt verba, quae quatuor vel quinque literas radicales habere videntur, et ex hac ratione *quadrilitera* et *quinquelitera* nominantur; facile tamen ad tres radicales reducuntur, si obseruetur, qualiter radix vna vel duabus literis aucta fuerit. Augetur vero I. vnius vel duarum radicalium geminatione, e. g. שַׁאֲנַן *quietum, tranquillum esse*, ex שָׁאַן, סְחַרְחַר circumiuit, ex סחר, גִּלְגֵּל ex גלל, פַּרְשֵׁז ex פרש. II. Additione nouae literae, e. g. כִּרְסֵם *destruere vineam*, ex כֶּרֶם, רֻטְפַשׁ ex רטב etc.

§. LVI.

Quinta forma *Hiphil* characterem habet praeformantem literam ה, ſignificat I. exſecutionem, iuſſionem, conceſſionem actionis in Kal deſignatae *m)*. II. nudam actionem, ſi verbum in Kal ſit inuſitatum *n)*. III. quae in Kal neutra ſunt, in Hiphil ſemper fiunt actiua *o)*. Sextae formae *Hophal* ſignificatio paſſiua eſt, reſpondens eius actiuae Hiphil *p)*.

m) ex קָטַל fit הִקְטִיל, vel הִקְטִל *iuſſit occidere;* ex אָכַל comedit, הֶאֱכִיל *fecit comedere, aluit.*

n) הִקְדִישׁ *ſanctificauit*, הִבְהִיל *inquietauit.*

o) שָׁכַב *iacuit*, הִשְׁכִּיב *collocauit.*

Nonnumquam ſignificatio formae Piel et Hiphil a ſignificatione formae Kal diſcrepat, cauſa vel a diverſa radice, vel ex originaria verbi ſignificatione repetenda eſt, e. g. זוּר *alienum eſſe*, Piel זֵרֵר *ſternutauit*, eſt a radice צוּר *comprimere;* טָרַף *ſecuit*, hinc טֶרֶף *animal laniatum*, *praeda*, *cibus*, hinc הִטְרִיף *cibauit*, דָּבַר *loqui.* Piel דִּבֵּר *perdidit.* Hithpael הִדְבִּיר *ſubiecit alterum alteri;* primaria verbi notio eſt: *ſeriem ſtruere*, *nectere*, *deducere*, cum qua ſecundariae facile conciliantur.

Formae Hiphil familiare eſt penultimam acuere, quum vero tonus ſuper Schua cadere nequeat; inter ſecundam et tertiam radicalem ponitur Chireck vel Tzere, quod tonum in penultima retineat. Fit vero hoc in *Aoriſt. I.* in III. Foem. N. S. III. Com. N. P.

in

in *Aorist. II. Imperatiuo*, *Infinitiuo* et *Participio* per totum, e. g. הִקְטִילָה, תַּקְטִילִי; Part. Pl. מַקְטִילִים.

q) הָקְטַל *iussus est occidere.*

§. LVII.

Septima forma *Hithpael* characterem habet syllabam praeformantem הִתְ et Dagesch forte in secunda radicali, significationem habet I. reciprocam, siue actionem indicat agentis in se ipsum, siue veram, siue fictam [q]. II. Nonnumquam actiuam [r]. III. Neutralem seu intransitiuam [s]. Si verbum incipiat a litera sibilante; Euphoniae causa Tau praeformans post sibilantem ponitur [t].

q) הִתְקַטֵּל *se ipsum occidit*, הִתְחַזֵּק *firmauit se.*

r) הִתְנַבֵּא *prophetauit*, הִתְפַּלֵּל *orauit.*

s) הִתְבֹּשֵׁשׁ *erubuit.*

t) הִשְׁתַּכֵּר loco הִתְשַׁכֵּר, הִזְּכֵּר pro הִתְזַכֵּר; הִצְטַדֵּק pro הִתְצַדֵּק. Item permutatis eiusdem organi literis מִדַּבֵּר pro מִתְדַּבֵּר.

Ex recensitis hactenus septem formis *Piel*, *Pyal* et *Hithpael* dicuntur *formae graues* propter Dagesch forte in media radicali; reliquae dicuntur *leues*.

CAPVT III.

De verbo irregulari.

§. LVIII.

Verba, quae vnam vel duas radicales quieſcentes habent, vel quorum prima eſt *Nun*, vel ſecundam duplicant, vel quorum prima eſt gutturalis; a communi flectendi ratione recedunt: hinc dicuntur anomala, ſeu irregularia, et in tres claſſes rediguntur. I. Verborum irregularium *quieſcentium*. II. *defectivorum*. III. *gutturalium*.

Ex recepto veterum Grammaticorum paradigmate פעל cuiusque verbi literae radicales nomen accipiunt, ita vt prima פ, ſecunda ע, tertia ל dicatur.

Quum literae quieſcentes tres ſint, nempe י, ו, א et quaeuis harum vel prima, vel ſecunda. vel tertia, radicalis eſſe poſſit: nouem vniuerſim verborum quieſcentium ſpecies reperiuntur, nimirum

Quieſcentia I.	פ״א	אָכַל	comedit,
	פ״ו	וָזַר	portauit onus,
	פ״י	יָשַׁב	ſedit,
Quieſcentia II.	ע״א	קָאַל	dixit,
	ע״ו	קוּם	ſtare,
	ע״י	שִׂים	ponere,
Quieſcentia III.	ל״א	מָצָא	reuelauit.
	ל״ו	גָּלָה vel גָּלוּ	
	ל״י	גָּלִי	

Verbo-

Verborum פ״י, ע״י et ע״א ſpecialia paradigmata exhibere neceſſe non eſt. Verba enim פ״י rariſſima ſunt, ſemper enim ו cum Iod permutant, et tum ſub hac litera in lexicis ſunt quaerenda, tum ad normam verborum פ״ו flectenda. Verba ע״י cum verbis ע״ו flexione conueniunt, eo ſolum diſcrimine; quod vbique י quieſcat in Chireck, Tzere, vel Saegol, vbi ו in Cholem vel Schureck quieſcit. Verborum ע״א anomaliae facile ex §. XLII. et XLIII. declarantur.

Apud Orientales nulla proprie verba ל״ה, ſicut nullum ה quieſcens datur, vnde etiam fit, quod verba, quorum tertia radicalis apud Hebraeos eſt ה, in lexicis ſyriacis et arabicis reperiantur cum א, ע, vel י, e. g. גלה, ܓܠܐ, جلي; רגה, نجي; רכה, نكا.
Hebraeis ergo hoc ſpeciale eſt, quod quotiescunque in verbis ל״י vel ל״ו *Iod* vel *Vav* vocem terminat, *Iod* vel *Vav* in He mutent, quo obſeruato verborum ל״ה flexio multum difficultatis perdit. *Pfeiffer ebräiſche Grammatik*, *p.* 70.

Verba *deficientia* ſunt vel פ״נ, נָגַשׁ acceſſit,
vel ע״ע, סָבַב circumdedit.

Verborum, quorum prima vel ſecunda gutturalis eſt, anomalia in vſu ſigni *Schua* conſiſtit, et ex §. XLII. ſatis illuſtratur.

§. LIX.

Verba פ״א in formis *grauibus* regulariter flectuntur: in leuibus vel I. א quieſcit in Cholem [a], vel II. Schua ſimplicis loco aſſumit

 compo-

compoſitum [b]. Vtriusque ratio fundatur in natura literae א, quae iam quieſcens, iam gutturalis eſt.

a) Kal Aoriſt. II. per totum.

b) In omnibus formis excepto Aoriſt. II. formae Kal.

Speciales formae ſunt in Aoriſt. II. *Kal* תֶּאֱכֵל etc. תֵּאֲכֵל etc. תַּאֲכַל etc. תֹּאכַל etc. In *Niph.* נֹאכַל etc. In *Hiph.* Ier. XLVI, 8 יַאֲבִיל.

§. LX.

Verba פ״י in formis *grauibus* anomalia carent, in aliis vel I. Iod mutatur in Vav quieſcens [c], vel mobile [d]; vel II. penitus abiicitur, idque vel ſine compenſatione [e], vel cum compenſatione per punctum vocale [f], aut per Dageſch forte [g] facta; vel III. quieſcit in puncto homogeneo praeformanti literae ſubſcripto [h]. Ratio I. eſt, quod literae ו et י frequentiſſime inter ſe alternent in linguis orientalibus: vnde non raro Hebraeorum verba פ״י apud Arabes ſunt ف״و [i]. Ratio II. quod litera quieſcens quum non noveatur, in voce redundet, et compendio ſcriptionis abiici poſſit. III. quod de natura quieſcentium literarum ſit: toties quieſcere, quoties

quoties per Euphoniam vel formam vocis quiescere possunt.

c) In יִ Aorist. II. *Kal*, Aorist. I. et Part. *Niph.* Aorist. I. II. etc. *Hiph.* In יְ *Hophal.*

d) In י mobile Aorist. II. Imperat. Infinit. *Niph.*

e) In Imperat. et Infinit. *Kal.*

f) In Aorist. II. *Kal.*

g) Potissimum in verbis, quorum media radicalis est sibilans, quum Iod Schuate esset signandum, e. g. אֶסַּר loco אֶיְסַר. Haec ergo verba frequentius iuxta paradigma פ״ן quam* פ״י flectuntur.

h) Interdum in Aor. II. *Kal*, e. g. אֵישֵׁב loco תֵּישֵׁב אֵשֵׁב loco תֵּשֵׁב quo in casu vox *plene scripta* dicitur.

i) יבל وبل *fluxit*, יגה وجي *doluit*, ירד وتّ *iecit*, ידע وضع *deposuit*, יכל وكل *potuit*, ילה وله *mente turbatus est* etc.

§. LXI.

Verba, quorum media radicalis Vav est, in sequentibus a regulari paradigmate recedunt: vel I. praecedente puncto vocali heterogeneo Vav abiicitur [k]; vel II. in puncto homogeneo quiescit [l]; vel III. mutatur in Iod Chirek [m]; vel IV. post vltimam radicalem, in regulari paradigmate signo Schua notatam ponitur וֹ [n]; vel denique V. tertia radicalis geminatur [o]; Ratio I. et II. est:

 natura

natura literarum quiescentium, III. Analogia verborum ע״י et ע״ו et L.L. OO. familiaris literarum י, ו, א alternatio p). IV. tonus, quem in iis casibus penultima syllaba retinet, quique super Schua cadere nequit. V. natura literae Vav, quae vtpote quiescens geminari non potest.

k) *Kal* Aorist. I. Part. Praes.

l) In *Cholem*, *Niph.* 3. M. 3. F. N. S. 3. C. N. P. Aorist. I. et II. Imperat. Infinit. Particip. *Piel*, *Pyal*, *Hitpael.* In *Schurek*, *Kal* Aorist. II. Imper. Infin. Part. Praet. *Niph.* Aorist. I. 2. M. et F. 1. C. vtriusque numeri. *Hoph.* vbi media radicalis ante primam transponitur.

m) In *Hiphil*, per totum.

n) In *Niph.* et *Hiph.* Aorist. I. 2. M. et F. 1. C. vtriusque numeri.

o) In formis grauibus.

p) בון, בין, بين *distinguere;* נוב, جاب *secare;* מון, مان *secuit* etc.

§. LXII.

In verbis ל״א vel I. א quiescit q); vel II. sonat r); vel III. otiose ponitur ad conseruandam vocis analogiam s); vel IV. formam suam mutat cum forma verborum ל״י vel ל״ה t). Ratio I. et IV. ex natura litera-

rum

rum quiefcentium reperitur. II. Litera quiefcens quum quiefcere nequit, euadit confonans. III. Ne verba לא״ cum לי״; vel לו״ confundantur.

q) In *Kametz*, *Kal* 3.M. 2.M. et F. 1.C. vtriusque Numeri Aor. I., 1.C. Sing. et Plur. 2. M. 3. M. et F. Aor. II. *Niph.* 3. M. S. Aor. I. Part. *Pyal* 3. M. S. Aor. I. Aor. II. vbique in Num. S. except. 2. F. Part. *Hoph.* 3. M. N. S. Aor. I. Aor. II. vbique in N. S. except. 2. F. 1. C. N. Pl. Inf. Part. — In *Tzere*, *Kal* Part. Praef. *Niph.* Aorift. I. 2. M. et F. 1. C. vtriusque Numeri, Aorift. II. 1. C. Sing. et Plur. 2. et 3. M. 3. F. Num. S. Imp. 2. M. N. S. Infin. *Piel* vbique except. terminat. ה ֶ, ךּ, יְ, נָּה. *Pyal* Aorift. I. 2. M. et F. 1. C. vtriusque Numeri. *Hiph.* Aorift. I. 2. M. et F. 1. C. vtriusque Numeri. *Hophal* ficut in Pyal. *Hithpael* ficut in Piel. — In *Saegol*, in omnibus formis ante terminationes נָּה. — In *Cholem*, in Infinitiuo *Kal* et *Pyal*.

r) Vbique fi praecedat litera Schuate fignata et hanc confonans per vocalem mobilis, e. g. 3. Com. Num. Pl. Aor. I. *Kal* מָצְאוּ vel fi inter duas quiefcentes mediet, e. g. הַמְּצִיאָה

s) Vbique ante terminationes י et ךָ, fi literam א praecedant, duae confonantes fine vocali, item in forma *Hiph.* Aor. I. 3. M. S. 3. C. Pl. Aor. II. per totam Sing. except. 2. F. vbi fonat 1. C. N. Pl. Imp. 2. M. Num. Sing. Inf. et Part.

t) כְּלֵאתִי Pſ. CXIX, 101 loco כָּלָאתִי, נִטְמִינוּ Iob. XVIII, 3 נִטְמֵאנוּ, מָצָתִי Numer. XI, 11 loco מָצָאתִי.

§. LXIII.

Verba ל״י vel ל״ו vel I. י mutant in He quieſcens *v)*, vel II. *He* mutant in *Tau* *x)*, vel III. et *Iod* et *He* abiiciunt *y)*. Ratio I. repetenda eſt ex diſcrimine, quod dialectum hebraeam et arabicam intercedit. II. et III. ex forma vocis, quae impedit, quo minus *He* vel *Iod* quieſcere poſſit; hinc vel mutatur in ת, vel plane abiicitur *z)*.

v) In Aoriſt. I. in 3. M. N. S. in omnibus formis in *Kametz*. In Aor. II. ſi nulla adſit terminatio perſonalis, item in Participio in omnibus formis in *Saegol*. In Imperat. 2. M. Num. Sing. in omnibus formis in *Tzere*.

x) In 3. F. Num. Sing. omnium form. item in Infinitiuo.

y) Ante omnem terminationem ּ et י.

z) Ex גָּלָה 3. Fem. גָּלְהָה vel גָּלְיָה vel גָּלָה quae omnia formae vocis repugnant, hinc גָּלְתָה. Item ex גָּלָה 3. C. N. Plur. גָּלְהוּ vel גָּלְיוּ quae non minus quam priora formae vocis contrariantur, vnde גָּלוּ.

Si verbis ל״י in Aoriſt. II. praefigatur ו vel particula אַל, in Numero Singulari interdum fit apocope; ſeu

ſeu abbreuiandae vocis cauſa vltima litera abiicitur, exempli gratia:

Kal,	*Niphal*,	*Hiphil*,	*Piel* et *Hitp.*
אֶגֶל	אֶגָּל	אַגֵּל	אֱגַל
תִּגֶל תִּגְלִי	תִּגָּל תִּגָּלִי	תַּגֵּל תַּגְלִי	תְּגַל תְּגַלִי
יִגֶל תִּגֶל	— —	— —	תִּתְגַּל תִּתְגַּלִי

§. LXIV.

Ad ſecundam claſſem verborum anomalorum ea referuntur verba, quae quidem omnes tres literas radicales mobiles habent, in flexione tamen vnam earum omittunt, idque vel primam, ſi ea ſit נ, vel tertiam, ſi eadem ſit cum ſecunda [a]). Verba, quae primam radicalem habent נ, eam abiiciunt ſemper, et per Dageſch forte in ſequenti radicali compenſant, quandocumque per flexionem vocali priuata, Schuate eſſet ſignanda [b]). Rationem dat Euphonia, per quam Orientales literam *Nun* vocali carentem ita pronunciant ſicut ſequentem:

a) Verba פ״נ נָגַשׁ *acceſſit*, quorſum etiam ſpectat לָקַח *ſumſit*,
ע״ע סָבַב *circumdedit*.

b) In Aoriſt. I. *Niph.* e. g. נִגַּשׁ pro נִנְגַּשׁ *Hiph. Hoph.* In Aoriſt. II. *Kal*, *Hiph.* et *Hoph.* In Imp. et Infinit. *Kal*, *Hiph.* et *Hoph.* In Part. *Hiph.* et *Hoph.*

Hoph. Confer §. XLIV. ſpecialis flexio eſt verbi נתן *dedit.*

KAL.

Aoriſt. II. et *Imperativ.*

אֶתֵּן

תִּתֵּן תִּתְּנִי

יִתֵּן תִּתֵּן

Idem verbum etiam aliud *Nun* amittit ante terminationes perſonales תָּ, תְּ, תִּי, תֶּם, תֶּן, נוּ, נָה, ante quas Schuate eſſet ſignanda, e. g. נָתַתָּ pro נָתַנְתָּ.

§. LXV.

Verba ע״ע ſeu ſecundam geminantia, ſicut ſignificatione cum verbis ע״ו vel ע״י ſaepe conueniunt c), ita quoque formam ſuam non raro permutant I. tono in ſyllaba penultima remanente intra afformantem, et tertiam radicalem *Vau Cholem* d) vel *Iod* aſſumunt e); II. abiecta tertia radicali intra primam et ſecundam *Vau Cholem* accipiunt f); III. radicalem geminatam abiiciunt, eamque per Dageſch forte vel in ſecunda vel in prima remanente compenſant g). Ratio I. eſt, praeter tonum, litera radicalis per Dageſch geminata, quae cum vocali facilius quam cum Schuate mouetur; II. commixtio formarum ע״ע et ע״ו; III. compendium ſcribendi.

c) כּוּן et כָּנַן *ſtabiliuit*, לָצַץ et לוּץ *irriſit*, מוּק, מָקַק *tabeſcere*, סוּר, סָרַר *receſſit*, *refractarius fuit.*

d) וֹ,

d) וֹ, e. g. סַבּוֹתָ pro סַבֹּתָ. In Aorist. I. 2. Masc. et Fem. 1. Com. vtriusque Numeri, formae *Kal*, et vbique, vbi idem fit in verbis ע״ע, vide §. LXI. N. *n*.

e) י, e. gr. pro תְּסוּבֶּנָה, תְּסֻבֶּינָה semper ante terminationem נָה exceptis formis grauibus.

f) E. g. אָסֹב pro אֶסְבֹּב, in Aorist. II. et Imper. *Kal*. Aorist. I. et II. Imperat. et Infin. *Piel*, *Pyal* et *Hitpael*. In *Hiphil* mutatur in Chirek vel Tzere, in 2. et 3. F. Aor. II. Plur. *Kal* et *Hophal* in Kibbutz. In *Hoph*. in וּ quod primae radicali praeponitur.

g) E. gr. סַבָּה pro סָבְבָה in Aorist. I. *Kal*, in *Niph. Hiph. Hoph.* vbique ante terminationes personales ה ָ et ךְ.

CAPVT IV.

De Nomine.

§. LXVI.

Vox, quae vel solum subiectum, vel solum praedicatum sine copula affirmatiua exprimit, dicitur *Nomen*, cuius diuersa literarum et punctorum dispositio *forma nominis* dicitur, vnde nomina, quorum eadem est literarum et punctorum ratio; eiusdem formae dicuntur. Ratione formae nomina sunt vel *perfecta*, quae tres literas radicales habent easque mobiles

biles [a]; vel *imperfecta*, quorum aliqua radicalis deficit aut quiescit [b]; *nuda*, quae solis literis radicalibus constant [c]; *aucta*, quae literam seruilem habent praefixam [d]; *leuia*, quae a formis leuibus [e]; vel *grauia*, quae e formis grauibus deriuantur [f]; vel denique *geminata*, quae vnam atque alteram literarum radicalium geminant, idque vel *explicite* [g]; vel *implicite* [h].

a) E. g. דָּבָר *sermo*, חָרָשׁ *faber*, כָּתֵף *humerus*, נָחָשׁ *serpens*.

b) בֵּן *filius*, deficit ה; עָם *populus*, deficit ם; אָב *pater*, deficit ה.

c) Vid. sub Not. *a*.

d) מִדְבַּר *desertum*, מַלְאָךְ *legatus*, מִלְחָמָה *bellum*.

e) יָגֵב *ager*, עָרוּם *callidus*, גָּדִישׁ *cumulus*, גָּדוֹל *magnitudo*, רָץ *cursor*.

f) שִׁלֵּם *retributio*, גִּדּוּפוֹת *conuitia*, חִתּוּל *fascia*, לִמּוּד *doctus*, עַמּוּד *columna*.

g) נִכֵּר *ignoratio iterata*, שֵׁגָל *coniux*, הֵיכָל *templum*, חֵמָר *rubrum*, rubrum i. e. bitumen.

h) עַרְעַר *nudissimus*, תַּלְתַּל *crispus*, בַּקְבּוּק *lagena*, גַּרְגַּר *sorbitio*, *gargarizatio*, זַלְזַלִּים *tenuissimae arborum summitates*, *flagella*.

Plura speciali de nominum formis earumque significatione, pertractabuntur capite.

§. LXVII.

§. LXVII.

Nomina vel per se subiectum orationis constituunt, et tunc dicuntur *Substantiua*, et quidem si integris generibus et speciebus rerum conueniant; *Appellatiua*, si certis tantum indiuiduis, *Propria*. Vel subiecti duntaxat praedicatum notant, et tunc *Adiectiua* audiunt, quae in linguis occidentalibus iuxta diuersos significationis gradus, diuersas terminationes accipiunt. In linguis orientalibus significatio comparatiua circumscriptione exprimitur [i].

i) *Comparatiuus* per praepositionem מִ vel מִן appositam rei, cum qua fit comparatio, e. g. טוֹבָה *bona est sapientia*, מִפְּנִינִים *prae margaritis* Prov. VIII, 11, גָּדוֹל *magna erit gloria domus huius posterioris*, הָרִאשׁוֹן *prae priori illa*, Hagg. II, 10.

Superlatiuus I. per continuam adiectiui repetitionem, e. g. *Cohel* וְעָמֹק עָמֹק *profundum profundum quis inueniet illud.*

II. Per substantiuum se ipsum in genitiuo regens, e. gr. Genes. IX, 25 *Canaan erit* עֶבֶד עֲבָדִים *seruus seruorum.*

III. Per adiectiuum regens ablatiuum cum praepositione בּ, e. g. *leo* גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *fortis in bestiis*, Prov. XXX, 30.

IV. Per adiectiuum regens substantiuum in genitiuo casu, e. g. עָרִיצֵי גוֹיִם *feroces gentium* Ez. XXVIII, 7.

V. Per

V. Per aduerbium מְאֹד *valde*, e. g. Genes. I, 31 *viditque Deus omnia, quae fecerat esse* טוֹב מְאֹד *bona valde.*

VI. Per substantiua aucta in fine per ה, e. gr. סוּפָתָה *maxima procella*, a סוּפָה.

VII. Per א seruile voci ab initio additum, vt אַכְזָר *valde crudelis.*

VIII. Per speciales voces, בְּכוֹר *primogenitum*, חֵלֶב *adeps.* Nomina Dei אֵל, אֱלֹהִים, יְהוָה, e. g. הַר יְהוָה *mons Dei*, *mons altissimus*, רֹאשׁ *caput*, רֵאשִׁית *principium.* Conf. *Glass. Philolog. S.* T. I. Lib. I. Tract. I. p. 45.

§. LXVIII.

Subiecta tam animata quam inanimata orientales sub duplici genere masculino videlicet et feminino concipiunt [k]; hinc nomina quoque Hebraeorum vel masculina sunt vel feminina. Masculina ex significatione [l], feminina tum ex significatione [m], tum ex terminatione noscuntur [n], vtrumque genus agnoscunt complura nomina tam animalium quam membrorum corporis humani [o].

k) Id vero ex influxu opinionum in linguas (§. XXI.) repetendum est. Communis orientalium erat opinio in omni genere plantarum geminum dari sexum masculinum et femininum, vtrumque sexum etiam in homine et animantibus obseruantes. Per analo-

analogiam longius progreſſi, omnibus rebus duplicem ſexum aſſignarunt. Conuenienter huic opinioni Muchamedes Sur. XXXVI, 36 dicit. *Deus nihil creauit quod non eſſet maſculinum vel foemininum, id quod in omnibus terrae productis in animabus, in ipſis illis rebus, de quibus minime ſuſpicamini verum obſeruatur.*

l) Significatione maſculina ſunt nomina virorum et officii virilis. Nomina item angelorum, populorum, fluuiorum, montium, menſium, metallorum, collectiuorum.

m) Significatione foeminina ſunt nomina mulierum et officii muliebris. Nomina item vrbium et prouinciarum, quas orientales vt matres ſuorum incolarum concipiunt.

n) Terminatione foeminina ſunt deſinentia I. in ָה ad quod ſemper tonus reiicitur, e. g. ex Maſc. חָרֵב *deſolatus* fit חָרֵבָה hinc חֲרֵבָה *deſolata.* II. in ֶת — ֶ ֶת מֶמְשֶׁלֶת *ditio*, *regio;* ַת — בְּתוּלַת *virgo;* וּת — מַלְכוּת *imperium* etc.

o) Nomina animalium, quae ſub vna terminatione de vtroque genere praedicantur, e. g. דּוֹב *vrſus* et *vrſa;* אַיָּל *ceruus* et *cerua.* Nomina membrorum humani corporis natura geminata, e. g. אֹזֶן *auris*, אֶצְבַּע *digitus*, יָד *manus*, רֶגֶל *pes*, קֶרֶן *cornu* etc.

Soloeciſmos generis vſus et lexica docebunt. Genus neutrum, quo Orientales carent, modo per maſculinum modo per foemininum ſupplent.

Conf. *C. B. Michaelis Diſſ. de ſoloeciſmo generis* §. VII.

§. LXIX.

§. LXIX.

Num vnum vel plura ſubiecta per nomen deſignentur, Orientales mutatione terminationis determinant. Hinc oritur numerus *Pluralis* p) ſi ſermo de pluribus; *Dualis* q) ſi de duobus; *Singularis*, ſi de vno ſit. Plurali carent nomina propria, metallorum et mineralium, liquorum, virtutum et vitiorum, rerum item, quae vnica ſunt in ſuo genere r). Dualis ſolum de iis adhibetur, quae vel natura, vel arte ſunt geminata s).

p) *Pluralis maſculinorum* deſinit in ים -. — vel ם —, e. g. זָקֵן *ſenex*, Pl. זְקֵנִים; גּוֹי *gens*, גּוֹיִם.

Pluralis foemininorum in וֹת vel יוֹת, e. gr. גִּבְעָה *vallis*, גְּבָעוֹת; מַלְכוּת *imperium*, מַלְכֻיוֹת.

Plura nomiua maſculini generis in plurali terminationem foemininam accipiunt, et viciſſim nomina in ſingulari terminatione foeminina in plurali maſculinorum forma terminantur, rationes aſſignat *Michaelis*. I. Deperdita eiusdem generis ſingularia, e. gr. יָמוֹת a deperdito Singul. foeminino יָמָּה, II. Intentionem Hebraeorum terminationum alternatione nomina generis communis formantium, e. g. ex אֲבִי vel אָב *pater*, אָבוֹת *parentes*, quod olim probabilius vti apud Syros, vtriusque generis parentes ſignificauerit. III. Archaiſmum, qui veroſimiliter nominum genera antiquiſſimis temporibus terminatione necdum diſtinxit, e. g. נָשִׁים *mulieres*, *vxores*.

Termi-

Terminatio Pluralis numeri ſemper habet tonum, vnde vox abiectione punctorum eſt abbreuianda. In vocibus diſſyllabis vel Kametz, vel Tzere abiicitur. Puncta immutabilia numquam abiiciuntur, talia ſunt I. quae praecedunt Dageſch forte vel literam gutturalem tum, quum geminanda fuiſſet. II. ea in quibus literae א ו י ה quieſcunt. III. Infinitiui et Participii Praeſentis *Cholem;* Participii Praeteriti *Kibbutz* vel *Schureck;* Participiorum Niph. Hoph. et Pyal *Kametz.* Reliqua ex Paradigmatibus ſunt diſcenda.

q) *Dualis* vtriusque generis deſinit in ַיִם — e. g. יָד *manus*, יָדַיִם; אֹזֶן *auris*, אָזְנַיִם; שָׂפָה *labium*, שְׂפָתַיִם.

r) Sic שֶׁמֶשׁ *ſol*, יָרֵחַ *luna*, אָדָם *homo*, זהב *aurum* etc. Plurali carent.

s) E. g. שִׁנַּיִם *dentes*, ob duos ordines; יְרוּשָׁלַיִם *Hieroſolymae* in duas partes *Sion* et *Salem* diuiſae; מִצְרַיִם *Aegyptus* in ſuperiorem et inferiorem diſtributa.

Dualis tonum ſemper in penultima ſyllaba retinet.

§. LXX.

Lingua formata poſtulat, vt ſubiectum orationis, cui actio aut paſſio adſcribitur, quaeſtionibus *quis? cuius? cui? quem?* et *a quo?* reſpondeat. Fit hoc in pluribus linguis per caſus: lingua hebraea caſibus diuerſa nominis terminatione expreſſis caret, proinde de-

 ſumendi

ſumendi ſunt vel ex contextu [t], vel ex literis ſeruilibus praefixis [v]. Saepiſſime vero ex Praepoſitionibus.

t) Pro Genitiuo Orientales ſpecialem habent conſtructionem, quae *ſtatus conſtructus nominis* dicitur, per quem duo nomina tam arcte coniunguntur, vt quaſi vnam vocem conſtituant, et quaſi nomen rectum in Genitiuo efferendum incrementum tantum ſit ſiue additamentum nominis regentis, hinc quoque tonus a nomine regente ad rectum transfertur, et nomen regens, quantum fieri licet, abbreuiatur. In prima ergo ſyllaba *Kametz* vel *Tzere* abiicitur, in vltima vel ſecunda mutatur in Patach. Si He in fine vocis quieſcat in Saegol, id in *Tzere* mutatur. Terminatio foeminina ָה quum tonum habeat, tonus vero ad nomen rectum cadat; mutatur in ַת, litera quieſcens ſi prius ſonuit, mutatur in quieſcentem, e. g. בַּיִת conſtr. בֵּית, מָוֶת conſtr. מוֹת. Terminatio Pluralis et Dualis ִים et ַיִם tranſit in ֵי, חָכָם *ſapiens*, חֲכַם עָם *ſapiens populi*, חֲכָמִים *ſapientes*, חַכְמֵי עָם *ſapientes populi*. Reliqua videantur in paradigmatibus.

v) Literae ſeruiles praefixae, quibus caſus ſignatur, ſunt לְ Genitiui nota, ſi de poſſeſſore vel auctore agatur; alias Datiui, rarius Accuſatiui et Nominatiui. Particula אֵת; quae poſt verbum paſſiuum vel intranſitiuum, Nominatiuum; poſt verbum actiuum, Accuſatiuum ſignat. Litera בּ *in*, vel מ *ab*, *de*.

Abla-

Ablatiuum format. Hebraeorum ergo declinatio sequenti forma exhiberi poteſt.

Nominatiuus	דָּבָר	*ſermo*
Genitiuus	דְּבַר vel לְדָבָר	
Datiuus	לְדָבָר	
Accuſatiuus	אֶת־דָּבָר	
Ablatiuus	בְּדָבָר vel מִדָּבָר	

§. LXXI.

Vox determinate perſonam, et quidem vel loquentem, vel eum, ad quem ſermo dirigitur, vel eum, de quo ſermo ſit, ſignificans; *Pronomen* dicitur. Pronomina Hebraeorum vel ſunt *perſonalia*, et haec vel *ſeparata* x), quando per ſe ipſa in oratione ſubſiſtunt, vel *affixa* y), Nominibus, Verbis et Particulis, vel *demonſtratiua* z), vel *relatiua* a), vel interrogatiua b).

x) Pronomina perſonalia ſeparata ſunt:

Numeri Singularis,		*Numeri Pluralis.*	
אֲנִי / אָנֹכִי	1. Comm.	אֲנַחְנוּ / נַחְנוּ	1. Comm.
אַתָּ / אַתָּה	2. Maſcul.	אַתֶּם	2. Maſcul.
אַתְּ / אַתִּי	2. Foemin.	אַתֵּן / אַתֵּנָה	2. Foemin.
הוּא	3. Maſcul.	הֵם / הֵמָּה	3. Maſcul.
הִיא	3. Foemin.	הֵן / הֵנָּה	3. Foemin.

Pronominum genus vetuſtiſſimis temporibus non tam accurate determinatum fuiſſe videtur. Vero ſimiliter generum ſeparatio tam in nominibus, quam pronominibus temporum poſteriorum eſt conatus. Hinc factum fuiſſe putem, quod in libris biblicis antitiquioribus הוא, promiſcue pro vtraque genere ſumatur, quod recentiores punctatores a maſculino per punctum Chirek הִוא diſtinxerant.

Pronomina ſeparata frequentiſſime loco verbi ſubſtantiui ponuntur, e. g. Geneſ. XLII, 11 כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ־אֶחָד נָחְנוּ *omnes nos filii viri vnius*, *nos* i. e. *ſumus*.

y) Pronomina affixa fiunt e ſeparatis pronominibus, abiecta plerumque prima ſyllaba et ת in כ mutato. Affixa nominibus vicem pronominum poſſeſſiuorum ſuſtinent; affixa verbis Accuſatiuum, rariſſime alium caſum; Praepoſitionibus caſum praepopoſitionis exprimunt.

AFFIXA NOMINVM.

Singularis Numeri.

י —	meus, a.	נוּ —	noſter, a
ךָ —	tuus.	כֶם —	veſter, a.
ךְ —	tua.	כֶן —	veſter, a.
וֹ —	ſuus, a.	ם —	ſuus vel eorum.
הּ —	ſuus, a.	ן —	ſuus, a.

Pluralis Numeri.

י —	mei, ae.	ינוּ —	noſtri, ae.
יךָ —	tui, ae.	יכֶם —	veſtri, ae.
יִךְ —	tui, ae.	יכֶן —	veſtri, ae.
יו —	ſui, ae.	יהֶם —	ſui, ae, vel eorum.
יהָ —	ſui, ae.	יהֶן —	ſui, ae.

AFFIXA

AFFIXA VERBORVM.

Singularia.

Aor. II.	1. C.	ֵנִי	in Aor. I. ַנִי	me.
	2. M.	ְךָ		te.
	2. F.	ֵךְ		te.
	3. M.	ֶנּוּ, ֵהוּ, וֹ		eum.
	3. F.	ֶנָּה, ֶהָ, ָהּ		eam.

Pluralia.

Aor. II.	1. C.	ֵנוּ	in Aor. I. ָנוּ	nos.
	2. M.	ְכֶם		vos.
	2. F.	ְכֶן		vos.
	3. M.	ֵם	ָם	eos.
	3. F.	ֵן	ָן	eas.

Si Pronomen ſuffigatur nomini, nomen transfertur in ſtatum conſtructum. Pronomen vero non nominis, ſed perſonae, quam res nomine ſignata concernit, Genus et Numerum ſequitur. Sic de foemina dici non poteſt אִישְׁךָ *vir tuus*, ſed אִישֵׁךְ *vir tua.*

Verbis intranſitiuis et paſſiuis rariſſime ſuffiguntur pronomina. Significatio reciproca numquam per affixa exprimitur, haec enim formis *Niphal* et *Hithpael* eſt propria, vnde etiam ſuffixa primae et ſecundae perſonae in prima et ſecunda perſona verbi numquam locum habent, e. g. erroneum foret קְטַלְתָּךָ *occidiſti te.*

Speciales mutationes, quae ſuffixa nominibus et verbis inducunt, ex Paradigmate patebunt.

z) Pronomina demonſtratiua ſunt:

	Singul.		*Plural.*	
M.	זֶה, הַלָּזֶה, הַלֵּזֶה	iſte, ille.	אֵל, הָאֵל, אֵלֶּה	iſti, illi.
F.	זֹאת, זוֹ, זֹה, הַלֵּזוּ			
C.	זוּ, הַלָּז			

a) Pronomen relatiuum vnicum eſt in vtroque numero videlicet אֲשֶׁר *qui*, *quae*, *quod;* vel pro eo שֶׁ cum Dageſch forti in ſequenti litera, e. gr. שֶׁבָּכָה, שַׁגַּם.

b) Pronomina interrogatiua ſunt duo, vnum perſonae, מִי *quis? quae?* alterum rei, מָה, מֶה, מַה *quid.*

Huc adhuc referendus eſt articulus Hebraeorum ſeu ה demonſtratiuum, quod nominibus tum praefigitur cum ſubiectum determinatum indicatur, in quo cum Germanorum articulo *der*, *die*, *das* conuenit. Originem ſuam a vetuſto pronomine ſeparato הַל vel אַל accepiſſe videtur, ita quidem; vt ל abiectum compenſetur per Dageſch forte in ſequenti litera. Idem plane vſus articuli ال apud Arabes obtinet, eumque aequali fere ratione cum Hebraeis praefigunt nominibus. Ante literas enim ſibilantes et linguales et ipſi Lamed in pronunciatione omittunt, et pro eo ſequentem literam duplicant.

He demonſtratiuum regulariter Patach accipit, ſequente litera per Dageſch duplicata, e. g. הַשָּׁמַיִם, ſi ſequens ſit gutturalis vel *Reſch*, quarum natura Dageſch reſpuit, Patach mutatur in Kametz, e. gr. הָחֶרֶב;

הֶחָרֶב; ſi gutturalis habeat Kametz, articulus accipit Saegol, e. g. הֶהָדָר. Nomina in ſtatu conſtructo poſita, item propria, et quae pronomen habent affixum, articulum non recipiunt.

§. LXXII.

Ad nomina quoque ſpectant *Numeralia*, *cardinalia* et *ordinalia*, quae vera nomina ſubſtantiua ſunt [c]. Cardinalia a III ad X tot in plurali ſignificant denarios, quod in ſingulari vnitates denotant. Duplicata cardinalia fiunt *diſtributiua* [d]; poſita vero in Duali, *proportionalia* [e].

c) CARDINALIA. — *ORDINALIA.*

Maſcul.	*Foemin.*		*Maſcul.*	*Foeminin.*	
אֶחָד	אַחַת	vnum,	רִאשׁוֹן	רִאשׁוֹנָה	primus.
אַחַד	conſtr.	—			
שְׁנַיִם	שְׁתַּיִם	duo,	שֵׁנִי	שֵׁנִית	ſecundus.
שְׁנֵי	conſtr.	שְׁתֵּי			
שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשָׁה	tria,	שְׁלִישִׁי	שְׁלִישִׁית	tertius.
שְׁלֹשׁ	conſtr.	שְׁלֹשֶׁת			
אַרְבַּע	אַרְבָּעָה	quatuor,	רְבִיעִי	רְבִיעִית	quartus.
חָמֵשׁ	חֲמִשָּׁה	quinque,	חֲמִישִׁי	חֲמִישִׁית	quintus.
שֵׁשׁ	שִׁשָּׁה	ſex,	שִׁשִּׁי	שִׁשִּׁית	ſextus.
שֶׁבַע	שִׁבְעָה	ſeptem,	שְׁבִיעִי	שְׁבִיעִית	ſeptimus.
שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנָה	octo,	שְׁמִינִי	שְׁמִינִית	octauus.
תֵּשַׁע	תִּשְׁעָה	nouem,	תְּשִׁיעִי	תְּשִׁיעִית	nonus.
עָשֶׂר / עֶשֶׂר / עֶשְׂרֵה	עֲשָׂרָה	decem,	עֲשִׂירִי	עֲשִׂירִית	decimus.

CARDINALIA.

Commun.

עֶשְׂרִים	viginti.
שְׁלשִׁים etc. etc.	triginta.
מֵאָה	centum.
מָאתַיִם	ducenta.
אֶלֶף	mille.
אַלְפַּיִם	duo millia.

d) Reliqua Cardinalibus exprimuntur; שְׁנַיִם שְׁנַיִם *duo duo*, i. e. *diuerſum.*

e) אַרְבַּעְתַּיִם *quatruplex.*

CAPVT V.

De Particulis.

§. LXXIII.

Voces, quae diuerſum duntaxat habitum ſubiecti ad praedicatum, et praedicati ad ſubiectum exprimunt, dicuntur *Particulae*, quae omnibus nominum proprietatibus praeditae [a], vel ſeparabiles ſunt [b], vel inſeparabiles [c].

a) Particulas Hebraeorum vera eſſe nomina a verbis deriuata nedum ipſarum forma formis Nominum et Verborum conformis, e. g. הַרְבֵּה *multum*, מְעַט *parum* etc. verum etiam illud oſtendit, quod in ſtatu conſtructo, in vtroque item numero Singulari et Plurali vſurpentur atque adeo etiam Pronomina ſuffixa

ſuffixa Nominum, iam Singularis iam Pluralis Numeri recipiant.

b) Particulae ſeu Aduerbia, Coniunctiones, Praepoſitiones, Interiectiones, quae integris vocibus abſoluuntur, dicuntur *ſeparabiles*. Earum deriuationem, ſignificationem et vſum docent Lexica. Ad Grammaticam proprie ſpectant

c) Particulae *inſeparabiles*, quae vnica litera voci praefixa, ob quod etiam *literae ſeruiles praefixae* audiunt, abſoluuntur, ſuntque numero ſeptem; videlicet: מ, שׁ, ה, כ, ל, ב, ו.

§. LXXIV.

מ *ab*, *ex*, *de*, *propter* etc. deſumtum eſt ex Particula ſeparata מִן, abiecto videlicet Nun, et per Dageſch in ſequenti litera compenſato, praefigitur מ [d]. De שׁ praefixo §. LXXI. Not. *a* dictum eſt. ה *interrogatiuum* ordinarie *Cateph patach* accipit [e].

d) E. gr. מִקֶּדֶם *ab oriente*. Si ſequens litera ſit Iod Schuate ſignatum non duplicatur, e. g. מִישְׁנֵי vel מִיְשְׁנֵי *e dormientibus*. Si ſequens litera duplicari nequeat, Chireck mutatur in Tzere, e. gr. מֵחָרוֹן *ab aeſtu*.

e) E. gr. הֲשֹׁמֵר *an cuſtos?* Ante gutturales vel literas Schuate ſignatas accipit Patach, e. g. הַאַתָּה *an tu?* הַלְעוֹלָם *an in perpetuum?* Si vero gutturalis habeat Kametz, He interrogatiuo ſubſcribitur Saegol,

gol, e. gr. הֶחָפֵץ *an volens.* Interdum punctationem ה demonstratiui sequitur, e. gr. הֲבַדֶּרֶךְ *an in via.*

§. LXXV.

Praefixae literae כ significatio primaria est, *sicut* [f]), repetita significat rerum inter se comparationem et plenam vtrinque similitudinem [g]). Alias quoque *circiter*, *prope*, *secundum*, *iuxta*, *quomodo*, *postquam* etc. denotat [h]). ב primario significat *in* regitque Ablatiuum, et intelligitur locus et subiectum in quo; tempus; qualitas vel res quaecunque [i]), praeterea diuersas Praepositiones, vt *inter*, *ad*, *contra*, *propter* etc. notat [k]). ל *ad* vel *in* cum Accusatiuo. Ita vero denotat modum ad aliquid, essentiam rei, vel eius statum; caussam finalem [l]), tum varias Praepositiones, vti *in*, *inter*, *super*, *iuxta*, *secundum* etc. [m]). Tres hae literae, praefixae Nominibus et Participiis, ordinarie excludunt ה demonstratiuum, assumto eiusdem puncto vocali [n]); praefixae vero Infinitiuo, formant Gerundia [o]). Ordinarium earum punctum est *Schua* [p]).

f) E. g. כְּעֵץ *sicut arbor*, כְּחֹמֶר *sicut lutum.*

g) כַּצַּדִּיק כָּרָשָׁע *sicut iustus, ita impius.*

h) כְּעֶשְׂרִים

h) בְּעֶשְׂרִים *circiter viginti*; כִּלְבָבוֹ *secundum cor suum* etc.

i) E. gr. בַּבַּיִת *in domo;* בְּעַמְּךָ *in populo tuo;* בִשְׁנַת *in anno.*

k) בָּאָדָם *inter homines;* Gen. XVI, 12 *manus eius* בַכֹּל *contra omnes, et manus omnium* בוֹ *contra eum.*

l) E. gr. לַמָּרוֹם *in altum;* Gen. II, 7 *fuit homo* לְנֶפֶשׁ *in animam viuentem.*

m) לְעֵת הָעֶרֶב *circa tempus vespertinum;* לְכִסֵּא *super solium.*

n) כַּיּוֹם *sicut dies*, loco כְּהַיּוֹם; לַחֶרֶב *super gladio*, loco לְהַחֶרֶב; בַּחֹדֶשׁ *in mense*, loco בְּהַחֹדֶשׁ.

o) ב Gerundium in *do*, בָּמוּת *in moriendo*, i. e. quum moreretur; כִּלְמֹר vel לִלְמֹר *ad discendum.*

p) Si praefixam sequens litera Schua habeat, idque simplex; praefixa accipit Chirek, e. g. בִּרְקִיעַ; si compositum, praefixa accipit punctum compositionis, e. gr. לֶאֱכֹל §. XLI. et XLII. Vocibus monosyllabis praefixae frequentissime accipiunt *Kametz*, e. g. בָּזֹאת, לָכֵן.

§. LXXVI.

Vltima praefixarum ו, primariam significationem habet copulatiuam *et* [q] tum vero etiam conditionalem [r], disiunctiuam [s], aduersatiuam [t], causalem [v], conclusiuam [x], in Aduerbiorum classe significationem habet quandoque temporis [y], quantitatis [z], item compa-

comparandi [a)], corrigendi [b)], et explanandi [c)]. Ordinarium eius punctum est *Schua* [d)].

q) E. gr. וְהָאָרֶץ *et terra.*

r) Lev. X, 19 וְאָכַלְתִּי *si comedissem hostiam peccati hodie an bonum esset?* etc.

s) Prov. XXX, 8 רֵאשׁ וָעֹשֶׁר *paupertatem aut divitias ne dederis mihi.*

t) Zachar. XII, 8 *Ponam Hierosolymam lapidem oneris omnibus gentibus*, וְנֶאֶסְפוּ *etiam si congregentur contra eam omnes gentes.*

v) Exod. VII, 26 *Dimitte populum meum*, וְיַעַבְדֻנִי *vt seruiat mihi.*

x) Amos V, 27 וְהִגְלֵיתִי *itaque deportabo vos* etc.

y) Gen. XLVII, 30 וְשָׁכַבְתִּי *quum dormiero cum patribus meis*, וּנְשָׂאתַנִי *tum tolles me ex Aegypto.*

z) Ier. III, 5 *Ecce loqueris et perficis ista mala*, וַתּוּכָל *quantum potes.*

a) Prov. X, 25 *Sicut transit turbo*, וְאֵין *sic non est improbus.*

b) Prov. VI, 16 *Sex ista odit Iehoua*, וְשֶׁבַע *immo septem sunt abominatio animae eius.*

c) Ezech. XL, 9 וְאוּלָם *nempe vestibulum.*

d) Si sequens litera Schua habeat vel vna e labialibus sit Vav praefixum, accipit Schurek, in quo tamen non quiescit sed cum eo sonat, alioquin syllaba inciperet a vocali, e. gr. וּלְזַרְעֲךָ *et semen tuum*, וּבְעִירוֹ *et in vrbe sua.*

§. LXXVII.

§. LXXVII.

Speciales praefixae ו vſus eſt in verbis, vbi praeter copulandi vſum ſignificationes commutat, praeteriti in ſignificationem futuri, et viciſſim [e]. Ante praeteritum retinet Schua, vel alias conſueta ratione illud mutat [f]. Quandoque accentum ex penultima in vltimam traiicit [g]. Ante Futurum ſignatur cum *Patach*, ſequente *Dageſch*, quod ex gutturali excluſum *Patach* mutat in *Kametz* [h]. Non raro ו conuerſiuum tantum copulat, non vero conuertit [i], contra alibi tam in Futuro, quam Praeterito conuertit ſolum, non vero copulat [k].

e) Fere omnibus Grammaticis perſuaſum eſt Praeteritum accipere ſignificationem Futuri ex litera Vav praefixa, quam propterea *Vav conuerſiuum dicunt*. Sed vulgari huic opinioni plurima repugnant exempla, in quibus verbum cum Vav conuerſiuo nec tempus praeteritum, nec futurum admittit, ſed vel praeſens, vel ſignificationem Imperatiui poſcit, quae proinde exempla vt totidem exceptiones a regula eſſent reſpicienda. Si tempora Hebraeorum pro Aoriſtis ſeu indeterminatis habeantur, nodus hic intricatus facile ſoluitur, tunc vero Vav praefixum non conuerſiuam, ſed *relatiuam* potius, ſiue *ſubiunctiuam* habebit ſignificationem, et oſtendit relationem, quam habeat ille Aoriſtus ad tempus praecedens,

cedens, nempe continuandum esse idem tempus, quod immediate praecessit, e. gr. Genes. XLV, 9 מַהֲרוּ וַעֲלוּ אֶל־אָבִי *properate et ascendite ad patrem meum*, וַאֲמַרְתֶּם אֵלָיו *et dicite ei* — רְדָה אֵלַי *descende ad me* — וְיָשַׁבְתָּ *et habita in terra Goschen.*

f) E. gr. וְעָבַר *et transibit*, וּפָחַד *et expauescet.*

g) וְדִבַּרְתִּי, וְכִבַּדְתָּ.

h) וַיֹּאמֶר, וְאָמַרְתָּ.

i) Es. V, 15 וַיִּשַּׁח *et deprimetur homo*, וַיִּשְׁפַּל *et humiliabitur vir.*

k) Exod. XV, 15 *omnis comedens fermentatum*, וְנִכְרְתָה *exscindetur ex Israele.*

Conf. de Vav conuersiuo et generatim de literis praefixis consul. *Glass. Philol. Sacr.* Tom. I. Lib. I. Tract. III. Can. XLIII. et in *Appendice Grammat.* Tract. I.

CAPVT VI.

De mutationibus Consonantum et Vocalium.

§. LXXVIII.

Vniuersa literarum mutatio vel literae *abiectione*, vel *additione*, vel *permutatione*, vel *transpositione* absoluitur. Literas Hebraei ita abiiciunt, vt abiectam vel per duplicationem sequentis literae compensent [a], vel non compensent [b].

a) Compen-

a) Compenſari eae duntaxat literae poſſunt, quae e media voce abiiciuntur. Frequentiſſime abiicitur litera Nun tum, cum puncto vocali caret, e. gr. נָתַתִּי pro נָתַנְתִּי, אַפַּיִם pro אַנְפַּיִם, vid. §§. XLIV. et LXIV. Idem non raro fit abbreuiationis cauſa, ſi vel eadem litera geminetur, e. gr. נָתַנּוּ pro נָתַנְנוּ, בָּרַתָּ pro כָּרַתְתָּ, vel duae literae eiusdem organi ſe inuicem excipiant, e. g. אֶרְדֹּם pro אֶתְרֹדַם.

b.) Siue compenſatione initio vocis ſaepe abiicitur *Nun* et *Iod* radicale, quum vocali carent, e. gr. תֵּת a radice נָתַן, לֶכֶת a radice יָלַךְ. Item *He* characteriſticum formae Hiphil in Aoriſto I. et frequentius in Infinitiuis et Imperatiuis verborum ע״ו et ע״ע, e. g. Gen. XIX, 2 לִינוּ pro הָלִינוּ; Dan. IX, 2 בִּינֹתִי pro הֲבִינֹתִי.

In media voce interdum abiiciuntur literae א ה ו י quum quieſcere debuiſſent, vel etiam mobiles, ſi praecedit litera Schuate ſignata, ad quam vocalem ſuam reiiciunt, e. gr. בָּנוּ pro בָּאנוּ, אֵלֵךְ, אֵילֵךְ; יֹשִׁיעֵנִי pro יְהוֹשִׁיעֵנִי; מִקְנֵי pro מִקְנֵהוּ.

In fine vocis per apocopen abiicitur ה radicale vna cum ſua vocali in verbis, de quo vide §. LXIII. In nominibus e. g. הָמֵס *liquefactio*, pro הֲמָסָה.

§. LXXIX.

Poſcente vel forma Coniugationis aut Nominis; vel Euphonia tum initio, tum in media, tum in fine vocis noua additur litera. Primum dicitur *Proſtheſis* [c], ſecundum *Epentheſis* [d], tertium *Paragoge* [e].

c) *Prosthesis* potissimum in verbis quadriliteris obtinet, de quibus §. LV. actum est.

d) *Epenthesis* maxime literam נ concernit, quae vocibus ante affixa ־נִי, ־ךָ, ־הוּ, ־הָ inseritur, et hoc quidem verbis in Aorist. II. et quibusdam particulis vt אֵי *vbi*, אַיִן *non*, הֵן *ecce*, מִן *ex*, *prae*, עוֹד *donec*, *vsque*, תַּחַת *sub*, e. g. אֵינֶנִּי ,הִנְּנִי ,מִמֶּנִּי ,תַּחְתֶּנָּה etc. in verbis: יִמְצָאֻנְנִי *inuenient me*, יְשַׁחֲרֻנְנִי *studiose quaerent me* etc. Praeterea pro literis Epentheticis habentur א, e. gr. Iob. XL, 20 et 21 צֶאֱלִים *vmbrae*, pro צְלִים. י, e. g. תֵּיעָשֶׂה, Ex. XXV, 31.

e) Literae paragogicae sunt:

I. א Verbis post terminationem וּ addi solitum idque ex arabismo, e. g. Ies. XXVIII, 12 אָבוּא pro אָבוּ etsi forte rectius mendum scribarum diceretur.

II. ה quod omnis generis vocibus adiicitur, quiescit communiter in Kametz, rarius in Tzere vel Saegol, subinde tonus afficit, syllabam paragogicam praecipue in verbis, alias remanet in penultima, e. g. שָׁמְרָה, הַלַּיְלָה. Si post *He* pronomen suffixum sequatur, mutatur in ת, e. g. תְּבוֹאָתְךָ. Saepe abiicitur relicta sua vocali, e. g. הֵמָּ. Significationem habet intensiuam, קָדִימָה *validus ventus*, *subsolanus*. In nominibus locorum motum ad locum significat, e. g. נֶגְבָּה *versus meridiem;* יְרוּשָׁלַיְמָה *versus Hierosolymas.*

III. י paragogicum Nominibus, Participiis et Particulis suffixum quiescit in Chirek, e. gr. מְלֵאֲתִי, בְּתוֹכְכִי, הַמַּגְבִּיהִי.

IV. ו quod afformantibus ּה et ־ִי, item Particulis interdum suffigitur, e. gr. יְדָעוּן *cognouerunt*, תְּחִילִין *parturis*. Ex עֹד, עֹדֶנּוּ.

§. LXXX.

Literarum permutatio praecipue literas eiusdem organi afficit [f]. *Metathesis* seu transpositio vel arbitrarie fit [g], vel Euphoniae tenetur legibus [h].

f) Conf. §§. XIX. et XXX.

g) E. gr. גָּזַר vel גָּרַז *scidit*, כָּסַל et סָכַל *temerarius fuit*.

h) ת characteristicum formae *Hitpael* cum prima radicali, si ea sit ex sibilantibus, conf. §. LVII. Not. *t*. Item media radicalis Vav cum prima radicali in forma *Hophal*, e. g. הוּקַם pro הֻקְוַם, הוּסַף pro הֻסְוַף.

§. LXXXI.

Puncta vocalia vel abiiciuntur, vel adsumuntur noua, vel secum inuicem permutantur. Mutationes hae sequentibus innituntur caussis: In genere, linguae hebraeae genio atque Euphoniae nobis emortua iam lingua maximam partem ignotae [i]; in specie vero I. naturae quarumdam literarum [k]; II. erroneae punctorum in longa et breuia diuisioni, et ortae hinc erroneae syllabae simplicis

et compositae definitioni [l]; III. pronunciationi et constructioni integrarum vocum [m]; IV. denique arbitrio punctatorum.

i) Ignorantia legum Euphonicarum, quas veteres orientales in ordinandis vocalibus sequebantur, caussa est, cur saepenumero mutationis punctorum adaequatam rationem assignare nequeamus. Ceterum Orientales in formandis vocibus certis Euphoniae principiis fuisse innixos, atque adeo in cuiusque specialis mutationis, cuius ratio non aliunde innotescit, explanatione non incongrue ad eas Euphoniae leges nobis quantumuis ignotas prouocari; ex hactenus dictis satis patere arbitror. Conf. §. XLI.

k) Conf. §§. XLI. XLII. XLIII.

l) Ex hac punctorum diuisione repetendum est, quod toties *Kametz* mutetur in *Patach; Tzere* in *Saegol; Cholem* in *Kametz catuph; Schureck* in *Kibbutz;* et vicissim; quoties nempe assumta syllabae simplicis et compositae natura, punctum vel longum vel breue poscere videtur. Ipsam vero memoratam diuisionem et deductam inde trium *morarum Hypothesin* ambiguo niti fundamento, innumerae etiam exceptiones a regula ostendunt. Omnis Bibliorum pagina puncta vocalia Grammaticorum breuia in syllabis simplicibus, longa in compositis exhibet. Conf. §§. XXXII. et XLIII.

Conf. *Michaelis hebraeische Grammatik.* II. Hauptst. p. 18 Not. *.

m) A

m) A concitata Hebraeorum pronunciatione arcessendum est, quod omnia vocabula, quantum fieri potest, abbreuientur; (§. XXXVI.) quod puncta subinde contrahantur; vt (ֱ) in (ֵ) מוֹצֵאת pro מוֹצֱאֶת, (ֲ) in (ַ) et (ֱ) in (ֵ) לַאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי, לֵאמֹר pro לֶאֱמֹר.

§. LXXXII.

Vocales, quae literas Dagesch forti vel expresso vel implicito geminatas praecedunt [n]; vel in quibus vna e quiescentibus quiescit, quaeque *impurae* dicuntur, abiici numquam possunt. Vocales *purae* abiiciuntur I. voce a fine crescente, et tono ad incrementum descendente [o]; II. in vocibus penacutis a fine crescentibus, vocalis, quae incrementum praecedit, abiicitur, ne tonus in antepenultima remaneat, quod genio linguae hebraeae est aduersum [p]; III. in statu regiminis [q].

n) E. gr. גַּנָּב, יְגַדֵּל, יְרַחֵם, חָרָשׁ, vnde cum incremento finali non חֲרָשִׁים, sed חָרָשִׁים.

o) E. gr. מֶלֶךְ, מְלָכִים *reges*, מַלְכִּי *rex meus*, etc. Conf. §. XXXVI.

p) E. gr. ex השמים cum *He paragogico* non הַשָּׁמַיְמָה, sed הַשָּׁמַיְמָה *ad coelos.*

q) E. gr. נָהָר in Reg. נְהַר.

Quod vero punctum in quouis particulari casu abiiciendum sit, e paradigmatibus Nominum et Verborum est desumendum.

§. LXXXIII.

Vocali noua ponitur I. ſub prima vocis litera, ſi duo Schuaiim concurrerent [r]; II. ſi pronunciatio in fine vocis euadat aſperior [s]; III. ſi tonus caderet ſuper Schua [t].

r) Conf. §. XLI.

s) Praecipue ob concurſum duorum Schuaiim, e. gr. קֶרֶן pro קֶרְן, נַחַל pro נַחְל, שָׁמַעַתְּ pro שָׁמַעְתְּ.

t) Quum tonus in fine propoſitionis penultimam potius, quam vltimam afficiat ſyllabam, abiecto Schua ponitur vocalis, e. gr. פֶּרִי, יֹאמֵרוּ, גָּדֵלוּ, יִקְטוֹלוּ pro פְּרִי, יֹאמְרוּ, גָּדְלוּ, יִקְטְלוּ.

§. LXXXIV.

Vocales *clarae* cum *claris*, *tenues* cum *tenuibus*, *obſcurae* cum *obſcuris*; quin et *clarae* cum *tenuibus* ſaepe permutantur; idque vel ſuadente Euphonia, vel ſonorum affinitate cauſante [v]. Non raro etiam more Chaldaeorum *Kametz* pro Hebraeorum *Cholem* ponentium *Kametz* mutatur in *Cholem* [x]. In caſu, quo literam *quieſcentem* heterogeneum praecedat punctum, mutatur in homogeneum [y]; quamuis non raro etiam litera quieſcens in aliam quieſcentem praecedenti puncto analogam mutetur [z].

v) (.)

v) (ֵ) cum (ֶ) et viciſſim, exempla ſunt vbique obuia. — *A* cum *e* vel *i* ſeu (ַ) et (ָ) cum (ֶ), (ֵ) et (ִ) et viciſſim, e. gr. גֹּרָל pro גּוֹרָל, הֶעֱוֵיתִי pro הֶעֱוֵיתִי, הֶהָרִים pro הֶהָרִים, אֲכָלְךָ pro אֲכָלְךָ, יַחְמֹל pro יַחְמֹל, quod communiter ante litteras gutturales vel *Reſch* vſu venit. יְלִדְתִּיךָ pro יְלִדְתִּיךָ communiter ante ר, ל, ש. בָּנִים a Singulari בֵּן, אֲבָנִים ex אֶבֶן; quod הָאָרֶץ ex אֶרֶץ, מִזְבַּח pro מִזְבֵּחַ ſemper obſerua, quando ex Singulari penacuto fit pluralis, בַּעַל pro בֶּעָל.

I cum *e*, et viciſſim, בֵּרַךְ pro בֵּרֵךְ, אִמִּי pro אֵמִּי ex אֵם, הֶחְדַּל pro הֶחְדִּל.

O cum *u*, et viciſſim, יִשְׁפּוֹטוּ pro יִשְׁפֹּטוּ, יָשׁוּב pro יָשֹׁב, אֲדֻמִּים ex אדם, מִבְּרָכָיו pro מִבְּרָכָיו, מָשָׁלְךָ pro מֻשְׁלָךְ, כֻּלּוֹ pro כֻּלּוֹ, הוּסַב pro הֻסַּב.

x) E. gr. יָמִים ex Singulari יוֹם, קֳדָשִׁים ex Singulari קֹדֶשׁ.

y) E. gr. הוּהוּ pro הוֹהוּ, הָיִיתָ pro הָיִתָה.

z) הוּשַׁף pro הֻשַׁף, הֵקִים pro הֵקוֹם.

CAPVT VII.

De formis Nominum et formali earundem ſignificatione.

§. LXXXV.

Formalis Nominum ſignificatio eſt notio illa generalis, quae ſingulis eiusdem formae Nominibus vi illius formae conuenit [a].

 a) Quum

a) Quum nomina Orientalium deriuentur a Verbis, ad ſignificationem Nominum formalem facilius eruendam aſſignata §. XLVI. diſtinctio ſignificationis Verborum negligenda non eſt. Quid vero et quotuplex forma nominum ſit, §. LXVI. ſatis dictum eſt: quae hic ſequuntur, ſuccincta analyſis ſunt vtiliſſimi operis *Ioannis Simonis Arcani formarum* ſeu tractatus philologici de ſignificatione formali. Halae Magdeb. 1735 II Vol. in 4.

§. LXXXVI.

Sicut Verborum, ita Nominum quoque varia eſt ſignificatio formalis; eſt enim Nomen vel *actionis*, ſiue *tranſitiuae*, הֶרֶג *caedes;* ſiue *intranſitiuae*, צְחֹק *riſus;* vel *Paſſionis*, שְׁכוֹל *priuatio;* vel *ſtatus*, עַבְדוּת *ſeruitus;* vel *qualitatis*, מֶתֶק *dulcedo;* vel *effectus*, דָּבָר *ſermo;* vel *obiecti* actionis tranſitiuae אֹהֶל *tentorium* quod transferri ſolet; vel *ſubiecti*, idque vel actionis *intranſitiuae*, פָּלִיט *qui euaſit;* vel actionis *intenſae*, quod vulgo *Nomen Actoris* dicunt, גַּנָּב *fur;* vel *paſſionis*, תִּכְלָה *res caduca;* vel *qualitatis*, חַרְצָן *acinus*, vel medii *actionis*, חֲגוֹר *cingulum;* vel *loci*, מַאֲבוּס *horreum;* vel inſtrumenti, מִזְרֶה *ventilabrum.*

§. LXXXVII.

Ex formis coniugationis leuibus praecipue ex forma *Kal* ſequentes Nominum formae

mae *nudae*, *leues* deriuantur, videlicet: I. קָטָל vel קָטֵל, II. קְטַל vel קְטֵל, III. קָטִיל vel קְטִיל, IV. קָטוֹל vel קְטוֹל, V. קִטּוֹל cum suis foemininis. Differunt inter se harum formarum tum singulae classes, in genere quoad vltimam vocalem; tum vnius eiusdem classis exempla, in specie quoad punctum I. radicalis.

§. LXXXVIII.

Singularis vsus est formae קָטֵל et adhibetur ad indicandam vitiositatem siue physicam [b], siue moralem [c], aut eius contrarium, virtutem scilicet siue physicam [d], siue moralem [e]. Item ad signandum defectum et priuationem qualemcumque [f], quo etiam pertinent absentia et posterioritas, atque eius oppositum [g]; consumtio, copia et incrementum [h]; separatio, vel destructio [i]: et eius contrarium coniunctio vel confirmatio [k]; affectus quoque animi, vt tristitiae, irae, amoris, etc. [l])

b) דָּוֶה *languidus*, *aegrotus*; חָמֵץ *fermentatus*, *acidus*; חָמֵל *insulsus*; מְרֵרָה *fel*; נְבֵלָה *morticinium*.

c) אָשֵׁם *reus*; חָנֵף *hypocrita*; עָצֵל *piger*; עָרֵל *praeputiatus*, i. e. profanus; חֲבֵל *vanitas*.

d) חָיֶה *vegetus; viuus;* יָפֶה *pulcer;* לָבֵן *candidus;* עָרֵב *gratus.*

e) אָמֵן *verus;* יָתֵר *excellens;* בָּשֵׁר *rectus;* רָגֵעַ *tranquillus;* שָׁלֵם *perfectus.*

f) גָּזֵל *raptus;* חָצֵר *villa*, i. e. locus ſeptus; אָפֵל *obſcurus;* חָסֵר *egenus;* יָבֵשׁ *aridus;* יָגֵעַ *feſſus;* יָחֵף *nudus;* צָמֵא *ſitibundus;* גְּנֵבָה *furtum;* נְקֵבָה *foemina.*

g) אָחֵר *alter;* עָקֵב *calcaneus;* פָּלֵט *effugiens;* אֲבֵרָה *amiſſio;* חָזֶה *pectus;* פָּנֶה *facies;* קָרֵב *appropinquans.*

h) מָזֶה *exhauſtus;* רָזֶה *extenuatus;* כָּלֶה *tabidus;* בָּצֵק *maſſa farina, ſubacta, intumeſcens;* גָּדֵל *magnus;* דָּשֵׁן *pinguis;* יָרֵחַ *luna*, cuius incremento et decremento etiam humores in ſublunaribus creſcere et decreſcere omni tempore credebatur. Conf. §. XXI. עָלֶה *folium;* שָׂבֵעַ *ſatur;* שָׁמֵן *pinguis.*

i) נֶגֶב *ager* a ſecando; מָנֶה *libra;* מְלֵחָה *vaſtatio.*

k) גָּדֵר *ſeptum;* יָתֵר *clauus;* דָּבֵק *coniunctus;* חָבֵר *ſocius;* צְנֵפָה *conuolutio;* שְׂדֵרָה *diſpoſitio.*

l) אָבֵל *lugens;* חָפֵץ *deſiderans;* חָרֵד *trepidus;* יָפֵחַ *ſuſpirans;* יָרֵא *timidus;* שָׂמֵחַ *laetus;* יְלֵל *eiulatio;* רְתֵת *tremor.*

§. LXXXIX.

Quamuis forma קָטוּל ordinarie ſit Participium, et tunc ſignificatione cum Participio *Pahul* et *Niphal* conueniat; ſpecialem tamen forma

forma haec vt nomen ſpectata conſideratio-nem meretur. Eſt quidem forma temporis Praeteriti; ita tamen, vt reſpiciat ſolum actio-nem et paſſionem ipſam, non vero actionis vel paſſionis durationem. קָטוּל a Verbis *tran-ſitiuis* notat *obiectum* actionis praeteritae m). A Verbis *intranſitiuis* vel *paſſiuis*, *concretum* ſiue *ſubiectum* actionis vel paſſionis praete-ritae n). A Verbis *qualitatis* et *ſtatus*, *ſub-iectum* qualitatis nulla temporis ratione habi-ta o). קְטוֹל a Verbis *tranſitiuis*, *intranſiti-vis* et *paſſiuis*; *abſtractum* ſiue ipſam actio-nem temporis Praeteriti p). A Verbis *qua-litatis* et *ſtatus*, exprimit *abſtractum* ſeu ipſam qualitatem et ſtatum q). Ad hanc quoque formam referuntur Imperfecta a verbis quie-ſcentibus mediae radicalis, quorum forma eſt טוֹר, foem. טוֹרָה r).

m) יָלוּד *natus puer;* נָחוּשׁ *metallum* e fodinis ex-ciſum; פָּקוּד *praefectus.*

n) יָקוּד *accenſus;* לָמוּד *doctus;* שָׁכוּר *inebria-tus;* קָלוּט *contractus;* סָרוּחַ *extenſus.*

o) אָמוּל *infirmus;* חָמוּץ *rubicundus;* כָּבוּד *hono-re grauis;* סָגוּר *aurum rubrum;* שָׁלוּם *perfectus.*

p) אֵבוּס *ſaginatio;* אֲחֻזָּה *poſſeſſio;* בּוּז *contem-tus;* גְּבוּל *terminus;* גְּרוּפָה *conuiuium;* גְּמוּל *retri-butio*, *meritum;* יְסֹד *fundamentum;* לְבוּשׁ *veſtitus;* גְּבוּאָה

נְבוּאָה *vaticinium;* שְׁפוּט *iudicium;* אֲשׁוּר *gressus;* עֲבֻדָּה *seruitium;* רְכוּב *vehiculum, currus.*

q) גְּבוּרָה *robur;* כְּהֻנָּה *dignitas sacerdotdlis;* מְלוּכָה *imperium.*

r) גּוּפָה *corpus;* סוּפָה *turbo;* בּוּשָׁה *pudor;* חוּם *niger;* חוּר *albus;* כּוּר *fornax;* צוּר *petra;* אוּר *ignis;* רוּם *altitudo.*

§. XC.

Forma קָטִיל non tam actionem vel passionem, vt praeteritam, quam potius vt durantem [s], seu statum [t], qui actionem [v], vel passionem [x] subsequitur, respicit; in quo proprie a praecedente forma differt. In aliis notionibus cum ea consentit [y] (m etc. §. praec.). A Verbis quiescentibus media radicali huc referuntur Nomina formae מִיץ [z].

s) אָסִיר *vinctus;* בָּחִיר *electus;* יָדִיר *dilectus;* קָצִיר *arx;* שְׁבִי *captiuus;* אָסִיף *tempus collectionis frugum;* בָּצִיר *vindemia;* זָמִיר *tempus amputandi vites;* חָרִישׁ *tempus arationis;* קָצִיר *tempus messis.*

t) עָתִיק *aetate prouectus;* יָגִיעַ *defagitatus.*

v) חָסִיד *misericors;* יָהִיר *superbus;* אָפִיק *fortis;* יָמִין *latus dextrum;* עָשִׁיר *diues;* פָּרִיץ *violentus;* קָדִים *oriens;* תָּמִים *perfectus.*

x) אֲכִילָה *comestio;* בְּדִיל *stannum;* דְּבִיר *adytum;* זְמִיר *cantio.*

y) אֲנִיָּה

y) אֲנִיָּה *tristitia;* גְּבִיר *dominus;* כְּסִיל *stultus, stupidus;* שְׂכִיָּה *imago;* עֲוִיל *iniquitas.*

z) סִיר *spina;* קִיר *paries;* רִיר *saliua;* שִׂיחַ *colloquium, meditatio;* זִיו *splendor;* עִיר *urbs;* קִים *hostis;* בִּינָה *prudentia;* צִיץ *flos.*

§. XCI.

Forma קָטוֹל sicut punctatione [a], ita significatione fere coincidit cum Infinitiuo formae Kal [b]. Est enim temporis indefiniti, et a Verbis actionis et passionis vsurpatur de actione [c] vel passione [d] saltem solita et possibili [e], in caeteris cum praecedentibus formis conuenit, (m etc. §. LXXXIX.)

a) זָמוֹר *surculus;* מָשׁוֹחַ *pictus;* צָפוֹן *septemtriones;* metonym. *aquilo.*

b) יָגוֹר *timens;* עָנוֹג *luxuriosus;* עָקוֹב *fraudulentus.*

c) אָרוֹם *ruber;* אָדוֹן *dominus;* יָתוֹם *pupillus:* צָהוֹב *fuluus.*

d) גְּלוֹם *pallium;* זְרוֹעַ *brachium;* מְשׁוֹל *parabola;* שְׁאוֹל *sepulcrum, infernus,* seu *status mortuorum;* תְּמוֹל *antea, heri.*

e) אֱנוֹשׁ *homo;* בְּאוֹשׁ *foetor;* בְּכוֹר *primogenitura;* רְחוֹב *platea.*

§. XCII.

§. XCII.

Forma קָטָל in deriuatis a Verbis qualitatis et ſtatus nihil a praecedentibus formis differt f), (o et q §. LXXXIX.). In deriuatis a Verbis *actionis* et *paſſionis* notat *effectum* actionis g), vel ſaltem actionem et paſſionem in effectu conſideratam, et in ſenſus maxime incurrentem h). Eſt autem effectus ille vel *ſubſtantia*, vt וָלָד *filius*, partu editus; vel *accidens* idque vel *emanans*, quale eſt ſonus, vnde et ſonorum vocabulis forma haec eſt propria: vel *immanens*, vt ſunt omnes paſſiones animi et corporis, quae hac forma venire ſolent.

f) בֹּשֶׂם *aroma;* הָרָר *mons;* זָהָב *aurum;* חָלָב *lac;* מָחָר *cras;* קָר *frigidus;* שָׂב *canus;* זָר *peregrinus;* רָע *malus;* עָב *trabs;* דָּם *ſanguis.*

g) סְתָו *hiems;* סְבָךְ *perplexitas, rete;* יְקָר *pretium, dignitas;* בָּבָה *pupilla oculi.*

h) אֲגָף *caterua hominum;* בָּדָד *ſolitudo;* בָּדָל *pars;* בָּזָק *fulmen;* בְּרָכָה *benedictio;* בָּרָק *fulgur;* דְּמָמָה *ſilentium;* זָקָן *barba;* חָדֶר *conclaue;* חֲטָא *peccatum;* חָמָס *iniuria;* כָּזָב *mendacium;* כְּנָוָה *ſocietas, collegium iudicum;* כָּפָר *vicus;* כָּפָן *fames;* כְּתָב *ſcriptura;* מָטָר *pluuia;* נְחָרָה *ronchus;* עָנָן *nubes;* צְעָקָה *clamor;* שְׁאָגָה *rugitus;* אָח *focus, ignis;* גָּג *tectum;* גַּן *hortus;* דַּל *pauper;* דָּת *lex;* תָּא *thalamus;* צָר *hoſtis;* גָּר *hoſpes;* קָמָה *ſeges;* רָץ *curſor.*

§. XCIII.

Si in nomine vna aliaue litera geminetur, oriuntur *formae geminatae;* fit autem geminatio illa literarum, vel *implicite*, quae tum per puncta vocalia, tum per Dagesch forte insinuatur; vel *implicite*, quum literae geminatae diserte exprimuntur [i]. Vocales geminationem literarum insinuant in tribus formis nudis קֶטֶּל, קוּטַּל et קוֹטֵּל [k].

i) E. gr. חֲלַחַל *crispus;* חַתְחַת *terror* maximus; הֲפַכְפַּךְ *valde peruersus.*

k) Formae hae e formis nudis leuibus קֶטֶל, קְטוֹל et קָטוֹל componuntur. Suntque eiusdem cum illis naturae, est enim קֶטֶל forma *affectuum*, *defectuum*, et his contrariorum קוֹטֵל temporis *Praeteriti*, קוֹטֵל temporis *Indefiniti.*

§. XCIV.

Quae a Verbis *transitiuis* formantur, vel ipsam *actionem* continuam et variam, quae repetitur, vel repetita fuit; vel *obiectum* actionis repetitae et continuae; vel *obiectum* ipsum continuum et iteratum; vel denique actionis *medium* significant [l]. A Verbis *intransitiuis* notant vel ipsam *actionem* iteratam, vel *subiectum* actionis, passionis et qualitatis, iteratae, vel *subiectum ipsum* iteratum atque varium [m].

l) שֵׁגָל *uxor;* שֵׁכָר *potus;* נֵכָר *ignorantia summa;* סוּגַר *cauea;* עוּגָב *instrumentum musicum e pluribus calamis compactum;* אוֹצָר *collectio* iterata; גּוֹרָל *sors;* חוֹתָם *sigillum;* כּוֹבַע *galea;* עוֹלָם *seculum.*

m) חֵמָר *bitumen;* לֵבָב *cor;* צֵלָע *costarum compages;* שֵׂעָר *pilorum congeries;* עוֹלָם *summa perfectio;* דוֹנָג *cera;* כּוֹכָב *stella.*

§. XCV.

Eadem iterationis et intensionis significatio etiam formis *explicitae geminatis* conuenit. Ipsius vero *geminationis explicitae* diuersa ratio non a significationis diuersitate, sed a Verbi primitiui discrimine pendet. Nam I. geminantia primam et secundam radicalem, tertia neglecta, sunt a Verbis ל״ה *n)*. II. Geminantia primam et tertiam media neglecta sunt, vel a *defectiuis*, vel a Verbis ע״ו, vel ע״י *o)*. III. Geminantia secundam et tertiam descendunt vel a Perfectis, vel a Verbis פ״י *p)*. IV. Geminantia solam tertiam radicalem, sunt partim a Perfectis, partim a Verbis ע״ו, vel ע״י *q)*.

n) סַאסְאָה *modius, modius* i. e. modiatim; קַשְׂקֶשֶׂת *squamarum congeries.*

o) גַּלְגַּל *res volubilis;* גַּרְגַּר *sorbitio, deglutitio;* זַלְזַלִּים *flagella, tenuissimae arborum summitates;* חַרְחֻר *febris acuta;* צִלְצַל *cymbalum;* סַנְסִנִּים *summitates arborum;* עַפְעַפַּיִם *palpebrae.*

p) אֲדַמְדָּם

p) אֲדַמְדָּם *ruber ruber* i. e. rubris maculis varius; חֲלַקְלַקּוֹת *lubricitates maximae*, *blanditiae;* יְרַקְרַק *flauedo* et *splendor maximus;* קַעֲקַע *stigma varie incisum.*

q) כִּידוֹד *scintilla continuo emicans;* סַגְרִיר *pluuia vehemens;* נִיחוֹחַ *summa quies*, *complacentia;* נַעֲצוּץ *vepretum.*

§. XCVI.

Ad formas nudas spectant etiam *penacuta* seu *saegolata*, quorum formae sunt קֶטֶל *r)*, קֵטֶל *s)*, קֹטֶל *t)*; significatio earum mere *vicaria* est, et quasi *expletiua* praecedentium formarum, exceptis tantum explicite geminatis.

r) אֶרֶג *textura;* אִבְחָה *facultas;* בֹּחַן *specula;* גֶּבַע *collis;* זֶבַח *sacrificium;* חֵרֶם *anathema;* אֹזֶל *discessus;* גֶּלֶד *cutis;* זַעַם *indignatio;* יַעַר *sylua;* כֶּלַח *senectus;* כְּמָרִים *sacrificuli;* כֶּרֶם *vinea;* לַהַג *studium intentum;* מֶלַח *sal.*

s) אֵגֶל *gutta;* זֵכֶר *memoria;* נֵזֶק *damnum;* עֵדֶר *grex;* פֵּשֶׁר *interpretatio;* פֵּתַח *apertura;* חֶמְלָה *clementia;* צֵלֶל *umbra;* עֵדֶן *voluptas.*

t) אֹהַב *amor;* אֹכֶל *cibus;* בֹּחַן *exploratio;* חֹרֶף *hiems;* אֹפֶן *rota;* צֹהַר *fenestra;* שָׁכְרָה *inebriatio;* רֹגֶז *tremor;* תֹּמֶר *palma.*

§. XCVII.

Nomina imperfecta, quae saegolatis significatione formali respondent, pro Verborum

borum imperfectorum natura, formam variant [v].

v) A Verbis פ״י;
דֵּעַ, דֵּעָה, דַּעַת *ſcientia;* נַחַת *poſitio;* עֵצָה *conſilium;* שֶׁבֶת *ſedes;* שֵׁנָה *ſomnus.*

A Verbis ע״ע;
גַּל *cumulus;* גַּן *hortus;* טַל *ros;* כַּלָּה *ſponſa;* אַט *praeſtigiae;* חַג *feſtum;* גֵּז *tonſura;* זֵק *catena;* נֵס *vexillum;* נִדָּה *foeditas;* קֵץ *finis;* שֵׁן *dens;* חֹל *profanum;* רֹק *ſputum;* מֹחַ *medulla;* זֻלָּה *vilitas;* עֹב *trabs;* קֹל *leuitas.*

A Verbis ע״ו vel ע״י;
זַיִת *olea;* צַיִר *venatio;* קַיִץ *aeſtas;* יַיִן *vinum;* שַׁיִט *remus;* עַיִן *oculus;* חֵיק *ſinus;* גֵּב *tabula;* רֵיחַ *odor;* אֵיבָה *inimicitia;* זֵעָה *ſudor;* קֶשֶׁת *arcus;* לֵץ *irriſor;* עֵר *vigilans.*
מָוֶת *mors;* עָוֶל f. עוֹלָה *iniquitas.*
חוֹף *ripa;* לוֹעַ *faux;* צוֹק *preſſura;* אוֹדָה *negotium;* אוֹת *ſignum.*

A Verbis ל״ה;
חֹזֶה *viſio;* אֵבֶה *deſiderium;* מֹשֶׁה *extrahens.*
הֶגֶר *fiſſura;* מֶדֶו *veſtis;* שֶׂכֶו *cogitatio;* עֲנָוָה *manſuetudo;* אַחֲוָה *fraternitas;* שֹׂחוּ *natatio;* — בֹּהוּ *vacuitas.*
בְּעִי *petitio;* דְּלִי *ſitula;* מְנִי *luna;* חֲלִי *ornatus;* בִּנְיָה *ſtructura.*
פֶּשֶׁת, פִּשְׁתָּה *linum;* קֶרֶת *vrbs;* שָׂפָה *labium;* — גָּזִית *exciſio.*

בְּרִית

בְּרִית *foedus;* — בָּכוּת *fletus;* — רְעוּת *societas;* — מְנָת *portio;* רְאוּת *visio;* בַּר *filius;* עַד *praeda;* צַו *praeceptum;* שַׁי *munus;* אַוָּה *desiderium;* הַוָּה *casus;* גֵּב *fossa;* רֵחַ *mola;* שֵׁת *potatio;* עֵץ *arbor;* כֵּרָה *conuiuium;* קֵבָה *stomachus;* מֹן *vices;* נֹהַ *lamentatio.*

A Verbis tertiam quiescentem cum quiescente ע״ permutantibus.

גּוֹי *gens;* גּוֹלָה *captiuitas;* כּוֹס *poculum;* יוֹם *dies;* יוֹנָה *columba.*

§. XCVIII.

Formae graues eiusdem plane naturae sunt cum formis coniugationis grauibus vnde descendunt. Ex *Piel* deducuntur I. קַטָּל vel קִטָּל [x]; II. קַטּוּל vel קִטּוּל [y]; III. קַטִּיל vel קִטִּיל [z]; IV. קַטּוֹל vel קִטּוֹל [a]; V. קַטָּל vel קִטָּל [b]; quae, vt ipsa forma *Piel*, vel *intensiuae*, vel *frequentatiuae* sunt, vel actiones *transitiuas* notant, si *Kal* sit *intransitiuum.* Ex *Pyal* deriuantur I. קֻטָּל [c]; II. קֻטּוֹל [d]; III. קֻטָּל [e], quae vt forma *Pyal* de *passione intensa* et *frequente* accipiuntur. Quoad reliqua cum formis nudis conueniunt *).

x) גִּבֵּן *gibbosus;* מַהֵר *valde festinus;* עִלֵּן *balbus;* קֵרֵחַ *caluus;* שׁוֹקֵק *valde cupidus;* הוֹלֵלָה *insania;* יִקְּהָה *obedientia;* יַלֶּפֶת *scabies;* אוֹבֵד *exitium totale;* עִצֵּב *dolor vehemens;* שִׁמֵּם *desolatio summa.*

y) חִבּוּק *complicatio firma;* צִיּוּן *monumentum;* רַתּוּק *catena;* הִלּוּלִים *laudes;* חַדּוּר *acumen maximum;* חָרוּץ *solertia summa;* עִזּוּז *fortissimus.*

z) בָּרִיחַ *fuga celeri elapsus;* אַבִּיר *valde robustus;* כַּבִּיר *valde magnus;* עַלִּיז *valde laetus.*

a) יִסּוֹר *correptio, eruditio;* קַנּוֹא *vehemens aemulus;* שִׁכּוֹר *valde ebrius.*

b) אִכָּר *agricola;* אַשָּׁף *astrologus, magus;* דַּיָּן *iudex;* מַלָּח *nauta.*

c) סְבֵךְ *perplexum;* כֻּסֶּמֶת *spelta.*

d) כְּתֹנֶת *tunica;* סֵבֶל *onus.*

e) גּוּמָּץ *fossa;* מוֹרָט *depilatus.*

*) Quod nempe deriuata a Verbis transitiuis exprimant actionem eamque temporis indefiniti; a Verbis intransitiuis actionem et passionem, vel eius subiectum, et medium etc. §§. LXXXVIII. et LXXXIX.

§. XCIX.

Supersunt adhuc *Nomina hemantica*, sic dicta, quia vna alteraue litera hemantica (ה, י, ת, ן, ם, א), vel initio vel in fine augentur. Aucta ab initio per מ; I. significant *locum in quo* [f], vel *ad quem* [g], vel *per quem* [h]; II. *Instrumentum*, mediante quo aliquid fit [i]; III. *opus et artificium* [k]; IV. *motum* et eius contrarium *quietem* [l]; V. *Actiones sensuum externorum* [m]; VI. *operationes intellectus* [n]; VII. *ope-*

VII. *operationes voluntatis* [o]; VIII. denique *actiones*, in quibus ſubiectum agens vi quadam, ſtudio, et diligentia verſatur [p].

f) מַאֲבוּס *horreum*; מַבּוּעַ *ſcaturigo*; מַהְפֶּכֶת *carcer*; מִזְרָח *oriens.*

g) מִגְרָשׁ *ſuburbium*; מִדְבָּר *deſertum*; מִקְלָט *aſylum.*

h) מֶחֱזֶה *feneſtra*; מַעֲבָר *vadum*; מַעֲלָה *gradus*; מוֹרָד *locus decliuis.*

i) מַאֲכֶלֶת *culter*; מָגֵן *clypeus*; מוֹסֵר *vinculum*; מַפְתֵּחַ *clauis.*

k) מְלָאכָה *opus*; מִבְנֶה *ſtructura*; מְגִלָּה *volumen*; מִכְתָּב *ſcriptura.*

l) מִבְרָח *fuga*; מוֹצָא *exitus*; מַזָּלוֹת *planetae*; מָנוֹחַ *quies*; מוּסָב *circuitus.*

m) מָזוֹן *cibus*; מִלְחָמָה *bellum*; מַאֲמָר *ſermo*; מִסְפֵּד *planctus*; מְרִיבָה *lis.*

n) מְזִמָּה *machinatio*; מִדְרָשׁ *inquiſitio*; מַסָּה *exploratio*; מַכָּר *agnitio.*

o) מְבוּכָה *conturbatio*; מִבְטָח *fiducia*; מְחִתָּה *conſternatio*; מִקְוֶה *ſpes.*

p) מְדִינָה *iurisdictio*; מְבוּקָה *hoſtilis impetus*; מִסְפָּר *numeratio*; מַלְאָךְ *legatus.*

§. C.

Aucta ab initio per ת, quae communiter a forma Hitpael deſcendunt, ſignificationem

 habent

habent I. *reciprocam* q); II. notant durationem r); in quo aucta ab initio per א s) et י t) conueniunt.

q) תַּאֲלָה *exsecratio sui;* תַּאֲנָה *oblatio sui;* תַּבְלִית *consumtio sui;* תַּמְרוּק *mundatio sui.*

r) תּוֹרָה *lex;* תָּבוּן *meditatio;* תּוֹלָדָה *generatio;* תָּמִיד *perpetuitas.*

s) אֶגְרוֹף *pugnus;* אוּבָל *flumen;* אֵיתָן *firmitas;* אַכְזָב *continuo mentiens.*

t) יְהוָה *Deus;* יַהֲלֹם *adamas;* יָשֵׁשׁ *senex;* יָפִיחַ *praeco.*

§. CI.

Aucta ab initio per ה, actionem transitiuam notant ex *Hiphil* v). Aucta per נ, exprimunt passionem ex *Niphal* x). Aucta denique per הת ex *Hitpael* notant actionem reciprocam y).

v) הַצָּלָה *liberatio;* הֲפָגָה *terminatio.* Infinitiui formae Hiphil huc non spectant.

x) נַפְתּוּלִים *luctationes;* נְצִב *fixus;* נְסִבָּה *occasio, causa.*

y) הִשְׁתַּחֲוָיָה *incuruatio sui;* הִתְחַבְּרוּת *consociatio sui.*

§. CII.

Aucta a fine per ן, I. significant *actionem* vel *passionem intensam* z); II. *quantitatem auctam*

auctam [a]; III. *qualitatem intensam* [b]. Aucta per ם praeter significationes, quas cum auctis per ן habent communes [c], insuper notant *collectionem* et *comprehensionem* [d]. Aucta denique per י *relationem* rei ad rem exprimunt [e].

z) אַלְמָן *viduus*; עִנְיָן *afflictio maxima*; בִּזָּיוֹן *contemtus magnus*; דִּאָבוֹן *dolor*.

a) אֶתְנָן *donum largum*; דָּגָן *frumentum*; שֻׁלְחָן *mensa*; זֵרָעוֹן *legumina*; עִזָּבוֹן *mercatura*.

b) נַעֲמָן *amoenitas*; גָּאוֹן *fastus*; דִּמְיוֹן *similitudo*; יֵרָקוֹן *rubigo*; עִוָּרוֹן *caecitas*.

c) אָמְנָם *verissimum*; פִּדְיוֹם *redemtio plena*; שָׁלוֹם *pax perfecta*; עֵירֹם *nuditas totalis*.

d) יוֹמָם *totus dies*; מְתֹם *hominum multitudo*; סֻלָּם *scala*; פֶּחָם *carbonum strues*.

e) אֶפְרָתִי *Ephrataeus*; פְּרָזִי *paganus*; יְמָנִי *ad dextram*; חָפְשִׁי *manumissus*.

Huc vero non pertinent, quae vel Iod paragogicum habent, vel quae ad formam פְּרִי *referuntur*. §. XCVII.

CAPVT VIII.

Syntaxis Hebraea:

SECTIO I.

De Nomine.

§. CIII.

Nomen vel eſt *Proprium*, vel *Appellatiuum.* Appellatiuum vel eſt *abſtractum*, vel *concretum*, vel *ſubſtantiuum*, vel *adiectiuum.* Hebraei concretum nomen vocant *nomen formae* et ſignificat qualitatem quampiam alicui ſubiecto inhaerentem, habitu vel potentia, ex qua conſequitur actio vel paſſio [a]; et quandoque ponitur pro abſtracto [b]. Concreta denominatiua quandoque de ſuis ſubiectis dicuntur, etiamſi fundamentum ipſorum et denominationis ratio deſierit [c].

a) E. gr. *iuſtus*, *ſapiens*, *ſanus*, *validus* etc.

b) Geneſ. XXI, 16 *vt iaculantes arcu;* verte: vt eſt *iactus* ſagittae ex arcu. Pſalm. CXIX, 176 *ſicut ouis pereuntis;* v. *perditionis.*

c) Ex. VII, 12 Moſis baculus in ſerpentem vere conuerſus, vocatur baculus; quia talis natura ſua erat et quia mox in priſtinam figuram erat rediturus.

* Pleraque hoc capite comprehenſa, ex *Glaſſii Philolog. Sacr.* a Clar. *Dathe* edita Lipſ. 1776, opere vere claſſico, huc tranſtuli.

§. CIV.

§. CIV.

Subſtantiuum cum ſubſtantiuo eiusdem rei in eodem genere, numero et caſu conuenit [d]. Subſtantiuum idem eodem caſu repetitum indicat vniuerſitatem [e], multitudinem [f], diſtributionem [g], diuerſitatem [h].

d) E. gr. Puella virgo; viri fratres; homines peccatores.

e) Deut. XIV, 22 *omnis prouentus agri tui anno anno*; verte: cuiusque anni. *Vir vir*; v. vnusquisque. *Vrbs et vrbs*; omnes et ſingulae vrbes.

f) Geneſ. XIV, 10 *vallis Siddim putei putei bituminis*; verte: paſſim *abundabat* puteis bituminis.

g) Num. V, 21 *vir vir cum declinauerit vxor eius*; v. *cuiuscunque viri* vxor etc.

h) Pſ. XII, 2 *corde et corde loquuntur*; v. *dupli-ci corde*, vel diuerſis animi affectibus.

§. CV.

Adiectiuum ſubiungitur ſuo ſubſtantiuo [i]. Adiectiuum exprimitur per alterum e duobus ſubſtantiuis coniunctis ſiue ſynonymis ſiue diſparatis [k]. Item per ſubſtantiuum regiminis prius aut poſterius [l]; vel per ſubſtantiuum cum praepoſitionibus מ, ל, ב [m]; vel per aduerbium ſubſtantiuo additum [n];

 vel

vel denique per abſtractum pro concreto poſitum [o]. Quandoque adiectiuum deeſt, quod ad ſubſtantiuum ex contextu intelligendum [p]. Quandoque adiectiuum tantum exprimitur et ſubſtantiuum ex contextu eſt ſupplendum [q]. Adiectiuum ſingulare iunctum ſubſtantiuo plurali diſtributionem indicat [r]. Quandoque adiectiuum duobus ſubſtantiuis ſubiectum conuenit poſteriori, quum deberet priori [s].

i) Excipiuntur ab hac regula I. adiectiua numeralia ſingularia, quae modo praecedunt, modo ſequuntur. Pluralia et dualia ſemper praecedunt. II. Alia quaedam adiectiua, nempe כָּל *omnis*, רַב *multus*, praeprimis vero ea, quae vim aliquam aut magnitudinem ſubiecti indicant, e. g. Geneſ. IV, 13 גָּדוֹל עֲוֹנִי *magnum eſt crimen meum.*

k) Ierem. XXXII, 3 *ſic dixit Iehoua: facite iudicium et iuſtitiam;* v. iudicium iuſtum. Ibid. XXIX, 11 *ad dandum vobis finem et exſpectationem;* v. finem exſpectatum.

l) Leuit. VI, 14 *coctiones muneris fruſtorum offerto odorem gratum Iehouae;* v. cocta muneris fruſta. *Vir linguae, vir violentiae, vir ingenii;* v. linguoſus, violentus, ingenioſus.

m) Eſ. IV, 2 *die illo erit germen Iehouae* לִצְבִי וּלְכָבוֹד *in decus et gloriam;* v. decorum et glorioſum. Pſalm. XXIX, 4 *vox Domini* בַּכֹּחַ *in potentia, vox Domini* בֶּהָדָר *in gloria;* v. vox Domini potens

et

et gloriosa. Prouerb. VII, 19 *abiit via* מֵרָחוֹק *e longinquo;* v. longum iter ingressus est.

n) Prouerb. XXIV, 28 *ne sis testis temere;* v. temerarius.

o) Ps. V, 10 *intimum eorum prauitates;* v. cor eorum prauum. Ps. XXXIX, 6 *ecce palmos dedisti dies meos;* v. palmares, i. e. abbreuiasti dies meos.

p) Gen. XVIII, 11 *venerant in dies*, supple: *multos*, i. e. prouectiori erant aetate.

q) Genes. XXXV, 2 *remouete Deos alieni;* sup. *populi.*

r) Ps. CXIX, 137 *iustus es Domine et rectum est iudicia tua;* v. vnumquodque iudiciorum tuorum.

s) Exod. XXV, 5 *pelles arietum rubro tinctorum;* v. rubro tinctas. 1 Sam. II, 4 *arcus fortium fractorum;* v. *arcus fractus.*

§. CVI.

Quum Hebraei genere neutro careant, pro eo tum masculino tum foeminino vtuntur [t]. Masculinum et foemininum eiusdem nominis quandoque coniunguntur ad innuendam rei varietatem et multitudinem [v]. Singularis exprimit collectam multitudinem, vel totam speciem [x]. Pluralis pro singulari positus denotat magnitudinem et excellentiam [y]. Nominatiuus in oratione absolute positus vim habet integri membri [z]. Nomen rectum in geniti-

genitiuo denotat causam efficientem, materialem, finalem [a]), effectum [b]), subiectum recipiens [c]), obiectum [d]), adiunctum [e]). Vobulorum איש *vir* [f]), בַּעַל *dominus* [g]), בֵּן *filius* [h]), בַּיִת *domus* [i]), in statu regiminis positorum vsus est varius atque peculiaris.

t) Eccl. IX, 9 *fruere vita cum vxore quam amas,* etc. *quia* הוּא *hoc ipsum est pars tua in hac vita;* v. *ipsa.* Genes. L, 20 *vos cogitastis aduersum me* רָעָה *malum*, etc.

v) Eccl. II, 8 *constitui mihi cantatores et cantatrices;* v. omne musicorum genus. Sic quando quis dicitur *genuisse filios et filias;* indicatur numerosam ab ipso sobolem fuisse susceptam.

x) Gen. III, 8 *et abscondit se homo et vxor eius a Iehoua Deo in medio arboris horti;* v. arborum.

y) Thren. III, 22 *benignitates Iehouae sunt, quod non consumti sumus;* v. benignitas summa.

z) Genes. I, 2 *et terra deserta erat et vasta;* v. quod enim terram attinet; haec erat vastissima.

a) Iob. XIV, 1 *homo natus mulieris;* v. de muliere. Ps. II, 9 *confregit istos virga ferri;* v. ferrea. Ps. XLIV, 23 *reputati sumus vt pecus mactationis;* v. mactationi destinatum.

b) Ps. IV, 2 *Deus iustitiae meae;* v. qui causam meam iustam tueris.

c) Deut. XVI, 17 *Quisque secundum donum manus ipsius;* v. secundum donum Dei manui ipsius collatum.

d) Es.

d) Ef. III, 14 *rapina pauperis in domibus veftris;* v. pauperi erepta.

e) Ef. XXXIV, 5 *populum anathematis mei;* v. quem deuoui internecioni.

f) *Vir mortis;* v. mortis reus. *Vir terrae,* agricola. *Vir Iifafchar;* oriundus de tribu Iifafchar. *Vir nuncii;* nuncius. *Vir Dei;* vir Dei fpiritu actus. *Vir rixae;* litigiofus.

g) *Dominus pili;* v. pilofus. *Domini fagittarum;* fagittarii. *Domini Sichem;* incolae Sichemitae.

h) *Filii roboris;* v. fortes. *Filius mortis;* morte dignus. Genef. XVII, 1 *Et fuit Abraham filius nonaginta annorum, et nouem annorum;* v. natus erat XCIX annos. *Filii Orientis;* incolae Orientis. *Filius arcus;* fagitta. *Filia maris;* nauis. *Filius areae;* frumentum. *Filia oculi;* pupilla. *Filii arcturi;* figna borealia arcturo vicina. *Filiae cantici;* aures, etc.

i) *Domus vinctorum;* carcer. *Domus feculi;* fepulcrum. *Domus conftitutionis;* fepulcrum, etc.

§. CVII.

Vocibus פנים *facies,* פֶּה *os,* בָּנִים *filii,* שֵׁם *nomen,* יָד *manus,* תָּוֶךְ et קֶרֶב *medium,* לֵב *cor,* דָּבָר *verbum,* קול *vox,* יָמִים *dies;* elegantiae caufa cum alio fubftantiuo in ftatu regiminis pofitis; in verfione fignificatio nominis recti vel vnice, vel cum primis attenditur

tur [k]. In ſtatu regiminis non raro occurrit ellipſis, et nominis quidem vel prioris, vel poſterioris [l]. Inter duo ſubſtantiua per copulam *et* coniuncta, alterum per genitiuum quandoque exponitur [m]. Non raro quoque in ſtatu regiminis eſt vocum inuerſio [n].

k) Gen. I, 2 *et tenebrae ſuper facie abyſſi;* v. in abyſſo. Leuit. XXIII, 40 *laetabimini coram facie Iehouae ſeptem dies;* v. coram Iehoua. Deut. XIII, 15 *trucidabis omnes huius vrbis incolas in ore gladii;* v. gladio. Prov. XXII, 6 *inſtrue puerum ſecundum os viae ſuae;* v. ad rationem viae eius. Geneſ. XI, 15 *deſcendit Deus, vt videret vrbem et turrem, quam exſtruxerant filii hominis;* v. homines. Ieſ. XXX, 27 *En nomen Iouae venit e longinquo;* v. en Ioua! Exod. IX, 35 *quemadmodum praedixerat Iehoua per manum Moſis;* v. per Moſen. Gen. XLV, 6 *iam biennium fames eſt in medio terrae;* v. in terra. Pſ. XLVI, 3 *non timebo ſi vel montes in corde maris moueantur;* v. in mari. Iob. XLI, 4 *non ſilebo membra eius et verbum virium eius;* v. et vires eius. Eſ. XXIV, 18 *a voce formidinis;* v. a formidine. 2 Sam. XIX, 35 *quod ſunt dies annorum vitae meae;* v. anni vitae meae.

l) Iob. XV, 34 *ignis abſumet tentoria muneris;* ſup. *viri* muneris, i. e. muneribus corrupti. 2 Samuel. XV, 30 *Dauid aſcendit per aſcenſum oliuarum;* ſupple: *montis.* 2 Paral. XXX, 22 *et comederunt ſolemnitates;* ſup. *ſacrificia* ſolemnitatis.

m) Ier.

m) Ier. XXXVI, 27 *postquam rex combusserat volumen et verbum;* v. volumen verborum.

n) Leuit. XII, 4 *triginta tres dies manebit in sanguinibus purgationis;* v. in purgatione sanguinis.

§. CVIII.

Pronominis demonstratiui repetitio distributionem indicat [o], quod non raro, sicut et pronomina affixa, pleonastice redundat [p]. Pronomina personalia nec non demonstratiua nominibus subiuncta, ponuntur loco verbi substantiui *sum* [q]. Pro pronomine affixo saepissime ipsum nomen seu subiectum orationis ponitur [r]. Pronomina הוּא et זֶה nonnumquam vel cum emphasi maiori quam proprie sonant, vel alia paulum significatione accipiuntur [s]. Pronomina affixa nonnumquam non ad propinquius nomen, sed ad remotius vel consequens sunt referenda [t]. Affixa pronomina non raro pertinent ad nomen diserte non expressum, sed ex contextu sermone cognoscendum [u]. Pro pronomine relatiuo ponitur interdum demonstratiuum, nonnumquam coniunctio copulatiua vel causalis [v]. Pronomina affixa non semper, vt possessiua, sed exigente materia substrata, vt absoluta interpretanda sunt [x]. Pronomen

nomen relatiuum non raro in oratione deest ex contextu supplendum [y]. Antecedenti substantiuo relatiuum quandoque adiungitur euidentiae causa [z].

o) 2 Sam. XII, 8 *addam tibi sicut haec et sicut haec;* v. alia, atque alia.

p) 1 Reg. XVII, 24 *iam hoc cognosco te virum Dei esse.* Genes. XII, 1 *ito tibi ex terra tua.* Genes. XII, 5 *sedete vobis hic.*

q) Gen. III, 3 *timui quia nudus ego;* v. nudus sum. Gen. XLII, 11 *omnes nos filii viri vnius nos;* v. sumus.

r) Exod. XXX, 16 *sit Israelitis monumentum coram Iehoua;* v. coram *me.* Gen. V, 1 *quo die creauerat Deus hominem in similitudine Dei fecerat eum;* v. in similitudine sua.

s) Ies. XLIII, 25 *ego ille, qui delet peccata vestra;* v. ego Deus. Ps. CII, 8 *tu es ille et anni tui finem non habent.* 1 Reg. XIX, 5 *et ecce ille angelus tangens eum;* v. *quidam angelus.*

t) 2 Sam. XX, 6 *tu assume seruos domini tui et insequere post ipsum;* scilic. non dominum tuum *Amasam*, sed Sebam seditiosum, cuius mentio ante habetur. Ps. CV, 19 *vsque ad tempus quo euenire debebat verbum eius;* scil. Dei, cuius mentio sequitur. Collat. Gen. XXX, 7. 9.

u) Ps. CXIV, 2 *factus est Iuda sanctuarium eius, Israel dominia eius;* scil. Dei cuius nulla in hoc psalmo mentio praecessit.

v) Psalm.

v) Pſalm. CXLII, 4 *in via illa ambulo, laqueum abſconderunt mihi;* verte: in via qua ambulo. Maleach. III, 2 *ecce ego miſſurus ſum angelum meum, et expediet viam ante me;* v. qui expediet. Geneſ. III, 25 *donec reuertaris in terram, quia ex ea ſumtus es;* v. ex qua ſumtus es.

x) Exod. XV, 7 תַּהֲרֹס קָמֶיךָ *deſtrues ſurgentes tuos;* v. inſurgentes contra te.

y) *Similis eſt iumentis exſcinduntur*, Pſ. XLIX, 21; v. quae exſcinduntur. Iob. XL, 25 *an extrahes balaenam hamo aut fune, demerſit lingua eius;* v. quem demerſit lingua eius. Gen. IX, 3 *omne reptile viuum vobis ad comedendum eſto: vt viridem herbam, ſic illa omnia dedi vobis;* v. vt viridem herbam illis, ſcil. animantibus; ſic vobis etc.

z) Iob. XXXIII, 20 *et abominatur ipſum vita eius panem;* quaſi dicat: vita eius ipſum panem abominatur. Prov. V, 22 *iniquitates ſuae capient ipſum improbum.* Geneſ. II, 17 *ex arbore ſcientiae boni et mali non comedes ex ea.*

SECTIO II.

De Verbo.

§. CIX.

Idiotiſmi Verborum tum *ſignificationem*, tum *conſtructionem* ſpectant. Verba ſimplicia aſſumunt ſignificationem compoſitorum, quibus Hebraei carent [a]. Verbum vnum ponitur pro

pro duobus breuitatis caufa [b]). Verbum completiuum fumendum inchoatiue et viciffim [c]). Verbum intelligitur de rei fignificatae continuatione, reftauratione, vel confirmatione [d]). Verbum exprimens determinatam actionem vel effectum quafi retrotrahendum eft, et de caufa actionis vel effectus intelligendum [e]). Verbum poteftatis quandoque accipitur pro Verbo debiti et iuris. Verbum voluntatis faepe non de fimplici voluntatis arbitrio accipiendum, fed ita, vt caufam fimul et conditionem effectus includat [f]). Verbum praeter vfitatam fignificationem faepe etiam eius qualitatem, adiunctum, et conditionem indicat [g]). Verba, quae *effe*, *fieri*, *agere*, fignificant, interdum fumuntur pro rei notificatione, cognitione, opinione, et viciffim [h]). Verba, quae rei appellationem vel notificationem fignificant, quandoque pro ipfa rei productione et effentia vfurpantur [i]). Verbum actiuum non effectiue femper, fed quandoque habitualiter fignificat [k]). Actiuum tribuitur fubinde actionem mandati et procuranti, confentienti, et actionem approbanti, figno cuipiam actionem fignanti, per accidens ad actionem concurrenti [l]). Acti-

vum

vum significat etiam passiue sine nominatiuo expresso m).

a) עָמַד *stetit*, sumitur etiam pro *obstitit;* קוּם *stare* pro *perstare;* נָפַל *cadere* pro *excidere*, *decidere*, *incidere;* נָתַן *dare* pro *reddere*, *destinare* etc. Cauendum vero, ne *simplex Verbum* pro *composito* in Versione ponatur: hinc minus recte Interpres Vulgatus קָרָא *vocare*, per compositum *inuocare*, vertit Genes. XLVIII, 16 *et inuocetur nomen meum et nomen patrum meorum super eos*, pro *vocentur nomine meo*, id est: dicantur filii mei, et paria cum filiis meis iura habeant, vt adeo mirum sit, quomodo *Bellarminus*, et plures post eum Theologi locum citatum ad inuocationem sanctorum trahere potuerint!

b) Psalm. XXII, 22 *a cornibus vnicornium exaudies me;* v. exaudiendo liberabis me. Ps. LV, 19 *redemit in pace animam meam;* v. redimendo collocauit.

c) 2 Samuel. II, 10 *quadraginta annos natus erat Isboseth, filius Saulis quum regnaret;* v. quum regnare inciperet. Ps. CIII, 5 *renouas te*, *tanquam aquila pueritia tua;* v. recentem te seruas.

d) Ier. VII, 3 *emendate vitam vestram moresque vestros*, *tum faciam vt habitetis in loco hoc;* v. porro conseruabo vos in terra vestra.

e) Psalm. XXII, 18 *numerabo omnia ossa mea;* v. numerare possem. Psalm. XXXII, 8 *erudiam te,*

 et

et docebo te, qua via ambulabis; v. ambulare *debes.* Exod. VIII, 14 *et fecerunt similiter Aegyptiorum sapientes;* v. facere *conabantur.* Mox enim sequitur: *non poterant id praestare quod volebant.* 1 Sam. XX, 2 *ecce nouilunium est cras, quo ego sedeo cum rege ad comedendum;* v. sedere *soleo.* Psalm. LXXVI, 11 *ira hominum celebrat te;* v. *occasionem dat* te celebrandi. Ier. XV, 15 *ne in longanimitate tua tollas me;* v. ne *concedas* vt inimici mei, dum nimium illis parcis, me tollant.

f) Deut. XVI, 5 *non poteris mactare Pascha intra aliquam e portis tuis;* v. non iure et legitime id facies. Dan. IV, 22 *Deus cui vult tradit regnum.* Vult autem illud dare *humiliantibus se coram Deo,* vt v. 14 dictum est.

g) Ezech. XXVI, 14 de Tyro dicitur: *non aedificaberis amplius,* videlicet ea dignitate et elegantia qua fuisti. Similia Verba sunt: *ambulare, audire, dicere, facere, videre, viuere* etc.

h) Exod. XIII, 2 *sanctifica mihi omne primogenitum;* v. indica *meo* nomine populo, vt sanctificet. Prout Moses fecisse legitur v. 11 et 12. Ps. LI, 6 *vt iustificeris in sermonibus tuis;* v. iustus agnoscaris. 1 Reg. I, 21 *post mortem tuam, o rex, et ero ego, et filius meus Salomo peccatores;* v. reputabimur pro peccatoribus.

i) Es. XLVII, 3 *non amplius vocaberis tenera et delicata;* v. von amplius futura es. Ps. IX, 6 *increpasti gentes;* v. perdidisti.

k) Gen.

k) Gen. II, 17 *quo die comederis ex eo moriendo morieris;* v. eris morti certo superuenturae obnoxius.

l) 1 Reg. XIX, 15 *dixit Iona ad eum* [Eliam] *abi reuertere itinere tuo versus desertum Damasci, et veni et vnge Chazaëlem regem super Syriam,* h. e. per alium, vt id ipsum fiat, procura. Confer 2 Reg. VIII. Iud. IX, 18 *Iotham ad Sichemitas* ait: *vos insurrexistis contra familiam patris mei et interfecistis filios eius numero septuaginta super lapide vno.* Hoc quidem Abimelech fecerat v. 5 sed ciues Sichemitae factum approbarunt, et iuuerunt v. 24. Prov. XXVIII, 8 *qui auget substantiam suam vsura et foenore, liberali et misericordi homini congregabit eam,* h. e. eueniet, vt illae diuitiae dispergantur, et inuito auaro aliis cedant.

m) Gen. XVI, 14 *propterea vocauit puteum istum* etc. v. vocabatur. Es. IX, 6 *puer natus est nobis, et vocabit* etc. v. *vocabitur* nomen eius. Gen. IV, 13 *dixit Kain ad Dominum: maius est peccatum meum a remittendo!* v. quam vt remittatur. 1 Reg. XIII. vlt. *id vero grauis peccati culpam contraxit domui Ieroboam, et ad exscindere, et ad perdere a facie terrae;* v. vt exscinderetur et perderetur.

§. CX.

Verba hebraea crebro et eleganter regunt nomen coniugatum, et cognatum ad

indicandam vel rei magnitudinem, vel effectum et obiectum actionis [n]. Verba duo cum vel ſine copula hebraeis vſurpantur, ſicut Latinis verbum cum infinitiuo [o]. Verborum duorum eiusdem temporis, cum, vel ſine copula conſtructorum, prius per aduerbium exponitur. Idem fit cum verbo finito, infinitiuo iuncto, dum vero infinitiuus in tempus et perſonam verbi finiti eſt conuertendus [p]. Verbum finitum quoduis regit ſuum infinitiuum ad maiorem certitudinem et euidentiam exprimendam [q]. Poſt verba, quae motum ſiue a loco, ſiue ad locum ſignificant, terminus ad quem ſine praepoſitione *ad* vel *in* per ſolum accuſatiuum exprimitur [r]. Verba copiae et inopiae conſtruuntur ſequenti accuſatiuo, per ablatiuum vertendo [s]. Verbum paſſiuum *vocandi* cum datiuo per nominatiuum vertendo conſtruitur [t]. Verbum ſubſtantiuum *ſum*, vel expreſſum vel intellectum loco poſterioris nominatiui eleganter regit nomen cum praepoſitione [v].

n) Eſ. XXII, 17 *ecce Ioua proiiciet te proiectione viri;* v. magna vi. Gen. VIII, 21 *odoratus eſt Ioua odorem quietis;* v. ratum et acceptum habuit ſacrificium.

o) Num.

o) Num. XXII, 6 *fortasse potero percutiemus;* v. percutere. Ef. I, 19 *si volueritis et audieritis;* v. si volueritis audire.

p) Gen. XXV, 1 *addidit Abraham et accepit uxorem;* v. iterum vxorem duxit. Ef. VI, 13 *et reuertetur, et erit ad conflagrandum;* v. iterum conflagrabit. Gen. VIII, 21 *non addam maledicere amplius terrae propter hominem;* v. non amplius maledicam. Prov. XXX, 29 *tria ista benefaciunt procedere;* v. bene procedunt. Constructio haec concernit potissimum verba יָסַף *addere,* שׁוּב *reuerti,* יָלַךְ *ire,* מָלֵא *implere.*

q) Pf. XLIX, 8 *fratrem non redimendo redimet quisquam;* v. nullo modo redimere poterit.

r) Num. XIX, 25 *proficiscimini desertum;* sup. *versus.* Nah. II, 6 *festinabant murum;* supple: *ad.*

s) Exod. XV, 9 *implebitur eos anima mea;* v. *eis.* Ef. XXIX *ebrii sunt sed non vinum;* v. *vino.* Iob. XXI, 7 *inualuerunt robur;* v. robore.

t) Ef. XXXII, 5 *non vocabitur amplius stulto ingenuus, et tenaci non dicetur liberalis;* v. stultus, tenax.

v) Pf. LIV, 6 *Dominus est in sustentantibus animam meam;* v. *sustentat.* Pf. XXXI, 3 *esto mihi in petram roboris, in domum munitionum;* v. petra robusta, locus munitissimus.

§. CXI.

Praeter idiotismos Verborum, notanda etiam est Verborum *Enallage*, *Ellipsis*, et *Pleonasmus*. Per Enallagen imperatiuus quandoque vsurpatur pro futuro indicatiui, et pro subiunctiuo [x]). Infinitiuus pro praeterito, praesenti, futuro, imperatiuo, participio, et nomine [y]). Personae non raro inter se permutantur [z]). Interdum Verbum plurale vsurpatur pro singulari [a]). Verbum singulare iunctum nomini plurali distributionem; plurale iunctum nomini singulari collectionem indicat [b]). Verbum quandoque numero respondet posteriori substantiuo regiminis, quum deberet priori [c]). Verbum masculinum interdum construitur cum nomine foeminino per *Archaismum* [d]).

x) Deut. XXXII, 50 *et morere in eo monte quo tu ascensurus es, et aggregare ad populos tuos;* v. morieris, — aggregaberis. Ps. IV, 5 *commouemini et ne peccetis;* v. si commoueamini, Nah. III, 14.

y) Ps. VIII, 2 *qui dare decus tuum supra coelos;* qui das. Ier. XIV, 19 *expectare pacem, sed nihil est boni;* v. expectauimus. Ps. LXXII, 2 *vox mea ad Dominum, et auscultare mihi;* v. et auscultabit mihi. Exod. XX, 8 *recordare diei Sabbati, vt sanctifices illum;* v. recordare. Ps. XXXII, 9 *ne estote vt equus*

et

et mulus non intelligere; v. non intelligentes. Pſ. CXXXII, 1 *memor eſto Ioua Dauidis cum omni affligi ipſum;* v. omnium afflictionum eius.

z) Ier. XIX, 19 *miſi ad eos ſeruos meos Prophetas inde a diluculo continenter, et non auſcultaviſtis dictum Iouae;* v. non auſcultauerunt. Eſ. XIV, 1 *canta ſterilis non parit, erumpe in hilarem cantum, et claram ede vocem non dolet;* v. quae non paris, — quae non doles.

a) Gen. XXXIV, 27 *et ſpoliauerunt vrbem, quia polluerant ſororem eorum;* quod ſolus Sichem, filius Hemor fecerat; coll. v. 4 et 13.

b) 1 Sam. XVI, 4 *trepidi accurrerunt ſeniores vrbis obuiam ei, et dixit, proſperene aduenis?* v. dixit quisque. Pſalm. CXIX, 103 *quam dulcia ſunt palato meo eloquium tuum!* v. omnia eloquia tua. Geneſ. XLI, 57 *et vniuerſa terra venerunt in Aegyptum;* v. omnes habitatores.

c) Iob. XV, 20 *numerus annorum abſconditi ſunt;* v. abſconditus eſt.

d) Ieſ. XXXII, 11 חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת *trepidate tranquillae* pro חֲרֹדְנָה, veroſimiliter ſicut pronominum, §. LXXI. Not. *x*, ita etiam omnes Verborum perſonae olim fuere generis communis; hinc factum fuiſſe videtur, vt generis diſcrimen, poſtquam conſtitutum fuit, nonnumquam negligeretur. *Schroeder in Inſtit. Ling. hebr. p.* 355.

§. CXII.

Per *Ellipsin* Verbum quandoque in oratione deest ex contextu [e], ex nomine coniugato [f], ex voce contraria [g], ex membro praecedente [h], vel sequente [i]; subintelligendum et complendum. Per *Pleonasmum* Verbum substantiuum cum in praeterito, tum in futuro saepe redundat [k].

e) Ps. IV, 3 *Vsque quo gloria mea in ignominiam?* sup. *vertetur.* Ps. CXX, 7 *ego pacem*, — *at cum loquor ipsi ad bellum;* sup. *diligo* — *conclamant.*

f) Hos. I, 2 *accipe tibi uxorem scortum* וְיַלְדֵי *et natos scorti;* sup. *genera;* quod latet in voce: *natos.* Mich. VII, 3 וְהַשֹּׁפֵט *et iudex propter retributionem;* sup. *iudicat*, quod latet in coniugato iudex.

g) Genes. XXXIII, 15 *dixit Esau: Relinquam apud te aliquos de comitibus meis. Respondit* [Iacob] *quorsum hoc? modo tibi faueas;* supple: *ne quemquam relinquas*, quod in opposito verbo *relinquam* latet.

h) Ps. LXXXIV, 4 *etiam passer inuenit domum, et hirundo nidum sibi, in quo ponat pullos suos* — *altaria tua Deus Zebaoth Rex meus et Deus meus;* sup. *sic anima mea anhelat inuenire*, vti liquet ex praecedenti membro.

i) Prov.

i) Prov. XIII, 1 *filius sapiens — eruditioni patris: — at derisor non auscultat increpationi;* sup. in priori membro *auscultat.*

k) וַיְהִי saepe pleonastice ponitur in librorum, capitum, et versuum initiis. In futuro וְהָיָה saepe aequiualet Gallorum *c'est ce que.* Deut. XVIII, 19 *et erit is qui non audiet.*

SECTIO III.

De Particulis.

§. CIII.

Aduerbium quandoque aliarum vocum positione, vel combinatione circumscribitur [a]. Aduerbia temporis determinati et certi crebro indeterminate et indefinite sumuntur [b]. Aduerbium תָּמִיד *semper, iugiter;* saepe, vel frequenter significat [c]. Aduerbium temporis indeterminati, *cum, quando*, per coniunctionem כִּי *quia*, non raro exprimitur [d]. Particula *donec, vsque*, non semper terminum temporis, sed saepe eius durationem significat [e]. *Non amplius*, non semper omne futurum tempus remouet, sed pro aliquo temporis spatio sumitur [f]. Aduerbia numerum denotantia *semel, secundo, ter* etc. varie sumuntur [g]. Aduerbia negandi cum notabili discrimine vsurpantur [h]. Aduerbia dubitandi

bitandi non ſemper incertitudinem direĉte important, ſed vel rei difficultatem exprimunt, vel emphatice adhibentur [i]. Similitudinis particulis quandoque non ſimilitudo, ſed res ipſa notatur [k]. Comparandi particulae non raro in oratione deſunt [l].

a) Pſ. LXXV, 3 *quum promiſſonis tuae particeps factus fuero, ego rectitudinibus iudicabo;* v. rectiſſime. Iob. XXXVI, 31 *his enim* [coeli tempeſtatibus] *punit populos: ſed dat etiam cibum ad multiplicantem;* v. multipliciter, abunde.

b) Heri, pro quolibet tempore praeterito. Iob. VIII, 9 *qui heri ſumus, neque experti ſumus;* v. nuper nati. *Hodie, pro praeſenti tempore.* Deut. XXVII, 9 *attende et audi Iſrael, hodie factus es populus Iehouae Deo tuo;* v. hoc tempore. *Cras, pro futuro tempore indeterminate.* Exod. XIII. *cum interrogauerit te filius tuus cras;* v. futuro tempore, quondam.

c) Exod. XXVIII, 30 *ſic portabit Aaron ius filiorum Iſraelis ſuper corde ſuo coram Ioua iugiter;* ſcil. quoties ingreditur tabernaculum Iouae, vt eodem verſu praemittitur.

d) Prov. XXI, 22 *auſculta patri tuo, qui genuit te; neque contemnas,* כִּי *quia conſenuit, matrem tuam;* v. quum conſenuerit.

e) Pſ. CXXIII, 2 *oculi noſtri ad Iouam Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri;* ſcil. etiam tempore duro,

duro, et afflicto; interim tamen ſemper oculi noſtri ad Dominum defixi erunt. 1 Sam. XV, 35 *Samuel non amplius vidit Saulum vsque ad diem mortis ſuae;* v. nunquam deinde eum vidit.

f) 2 Reg. XXIV, 7 *non auſus eſt amplius rex Aegypti egredi e regione ſua etc.* ſcil. vsque ad vltimos annos Zidkiae, quum obſideretur Hieroſolyma a Chaldaeis. Ier. XXXVII, 5.

g) Pſ. LXXXIX, 36 *ſemel iuraui per ſanctitatem meam etc.* v. certo, veraciter, ac immote, coll. 34. 35.

h) אֵין tantum cum Participio, Nomine et Pronomine conſtruitur, et negat de tota aliqua ſpecie; quum לֹא Participiis additum de certo aliquo indiuiduo neget. אַל tantum Futuro conuenit, et plerumque dehortantis, aut deprecantis eſt. בַּל et בְּלִי iungitur Praeterito, et Futuro, rarius Infinitiuo, negatque abſolute. בִּלְתִּי conſtruitur cum Praeterito, Participio, et aſſumta praefixa לְ frequentiſſime cum Infinitiuo, et exponitur per *vt non*, ſeu quo minus. לֹא omnibus temporibus et modis [excepto Imperatiuo] etiam Nominibus et Particulis conuenit. Conſtruitur cum Praepoſitione ex propria ſignificatione vt nomen conſideratum, latine vero ex genio linguae vertendum, quod contextus facile docet. E. g. Ierem. V, 7 *iurant per non Deos;* v. per idola. פֶּן conſtruitur cum Futuro.

i) Exod. XXXII, 30 *aſcendam ad Dominum, fortaſſe* אוּלַי *veniam impetrabo peccati veſtri.* Rei difficultatem oſtendit.

k) Nehem.

k) Nehem. VII, 2 *quia ipse sicut vir veritatis, et timens Deum prae multis;* v. reuera verax, et timens Deum.

l) Pſ. CXXV, 2 *Hierosolyma montes circum illam, et Ioua circa populum suum;* v. vt circa Hierosolymam montes, sic Ioua etc.

§. CXIV.

Praepositiones separatae praemittere sibi solent alias vel separabiles, vel inseparabiles [m]. Praepositiones iunguntur infinitiuo, latine per verbum finitum et coniunctionem explicandae [n]. Praepositio *ex* vel *de* cum *in* constructa, augmentum et continuitatem rei denotat [o]. Coniunctio copulatiua non solum coniungit, sed et quandoque in eo, cui additur, aliquid prae reliquis singulare designat [p].

m) E. g. מִן קֳדָמַי *a me;* אֶל תַּחַת יָדִי *ad sub manu mea* etc.

n) Exod. IX, 16 *propter ostendere tibi potentiam meam, et propter narrare nomen meum;* v. vt ostendam: vt enarres.

o) Ier. IX, 2 *quia de malitia in malitiam exeunt;* v. subinde peiores fiunt.

p) Ioſ. II, 1 *Ite, inspicite terram istam, et Hierichuntem;* v. et potissimum Hierichuntem.

Enallage

Enallage ſeu permutatio Praepoſitionum et Particularum, aut potius ſignificationes earum latiſſime patentes, varius earum vſus, et multiplex conſtruendi modus e Lexicis eſt eruendus, quamuis et haec praecipue in particularum vſu et ſignificationibus aſſignandis plurimum fallere, viri LL. OO. periti agnoſcunt, ſtudioſam legibusque criticis conformem librorum biblicorum lectionem Lexicographorum placitis merito praeferentes.

F I N I S.




LIPSIAE
EX OFFICINA
BREITKOPFIANA

IGMA VERBI REGVLARIS

קָטַל occidit.

V. *Hiph.* iussit ccidere.	IV. *Pyal* violenter.	III. *Piel* violenter occidit.	II. *Niph.* occisus est.	I. *Kal* occidit.	
ORISTVS I.					*N. Singul.*
הִקְטִיל	קֻטַּל	קִטֵּל	נִקְטַל	קָטַל	3. Mascul.
הִקְטִיל	קֻטְּלָה	קִטְּלָה	נִקְטְלָה	קָטְלָה	3. Foem.
הִקְטַלְ	קֻטַּלְתָּ	קִטַּלְתָּ	נִקְטַלְתָּ	קָטַלְתָּ	2. Mascul.
הִקְטַלְ	קֻטַּלְתְּ	קִטַּלְתְּ	נִקְטַלְתְּ	קָטַלְתְּ	2. Foem.
הִקְטַלְ	קֻטַּלְתִּי	קִטַּלְתִּי	נִקְטַלְתִּי	קָטַלְתִּי	1. Comm.
					N. Plural.
הִקְטִיל	קֻטְּלוּ	קִטְּלוּ	נִקְטְלוּ	קָטְלוּ	3. Comm.
הִקְטַלְ	קֻטַּלְתֶּם	קִטַּלְתֶּם	נִקְטַלְתֶּם	קְטַלְתֶּם	2. Mascul.
הִקְטַלְ	קֻטַּלְתֶּן	קִטַּלְתֶּן	נִקְטַלְתֶּן	קְטַלְתֶּן	2. Foem.
הִקְטַלְ	קֻטַּלְנוּ	קִטַּלְנוּ	נִקְטַלְנוּ	קָטַלְנוּ	1. Comm.
ORISTVS II.					*N. Singul.*
אַקְטִי	אֲקֻטַּל	אֲקַטֵּל	אֶקָּטֵל	אֶקְטֹל	1. Comm.
תַּקְטִי	תְּקֻטַּל	תְּקַטֵּל	תִּקָּטֵל	תִּקְטֹל	2. Mascul.
תַּקְטִיל	תְּקֻטְּלִי	תְּקַטְּלִי	תִּקָּטְלִי	תִּקְטְלִי	2. Foem.
יַקְטִיל	יְקֻטַּל	יְקַטֵּל	יִקָּטֵל	יִקְטֹל	3. Mascul.
תַּקְטִיל	תְּקֻטַּל	תְּקַטֵּל	תִּקָּטֵל	תִּקְטֹל	3. Foem.
					N. Plural.
נַקְטִיל	נְקֻטַּל	נְקַטֵּל	נִקָּטֵל	נִקְטֹל	1. Comm.
תַּקְטִיל	תְּקֻטְּלוּ	תְּקַטְּלוּ	תִּקָּטְלוּ	תִּקְטְלוּ	2. Mascul.
תַּקְטֵלְ	תְּקֻטַּלְנָה	תְּקַטֵּלְנָה	תִּקָּטֵלְנָה	תִּקְטֹלְנָה	2. Foem.
יַקְטִיל	יְקֻטְּלוּ	יְקַטְּלוּ	יִקָּטְלוּ	יִקְטְלוּ	3. Mascul.
תַּקְטֵלְ	תְּקֻטַּלְנָה	תְּקַטֵּלְנָה	תִּקָּטֵלְנָה	תִּקְטֹלְנָה	3. Foem.
PERATIVVS.					*N. Singul.*
הַקְטִיל	deest.	קַטֵּל	הִקָּטֵל	קְטֹל	2. Mascul.
הַקְטִיל		קַטְּלִי	הִקָּטְלִי	קִטְלִי	2. Foem.
					N. Plural.
הַקְטִיל	deest.	קַטְּלוּ	הִקָּטְלוּ	קִטְלוּ	2. Mascul.
הַקְטֵלְ		קַטֵּלְנָה	הִקָּטֵלְנָה	קְטֹלְנָה	2. Foem.
FINITIVVS.					
הַקְטִיל	קֻטַּל	קַטֵּל	הִקָּטֵל	קְטֹל	
PIVM PRAESENTIS.					
מַקְטִיל	מְקֻטָּל	מְקַטֵּל	נִקְטָל	קֹטֵל	Masculin.
מַקְטִי	מְקֻטָּלָה	מְקַטְּלָה	נִקְטָלָה	קֹטְלָה	Foemin.
PIVM PRAETERITI.					
				קָטוּל	





